I.

URBANUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

1. **Breve URBANI VIII.** *ſuper erectione Majoratus Domus Barberinæ.*

1. ROMANUM decet Pontificem, communem omnium Chriſtifidelium Patrem, ad ea, quæ familiarum, & agnationum ſuarum, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Subditorum, generis nobilitate, ac præclaris, & inſignibus ergà ipſam Romanam Eccleſiam meritis, conſpicuorum; maximè verò illorum, qui ipſi Pontifici ſecundum carnem ſtrictiori conſanguinitatis vinculo obſtricti ſunt, proſperum; & felicem ſtatum, atque ſucceſſum, perpetuamque conſervationem reſpicere dignoſcuntur, & quæ jamdudùm ab eo in minoribus conſtituto facta fuerunt, ut ſuum perfectius ſortiantur effectum, peculiari affectu, & cura, ſtudium ſuæ Paternæ curæ ſollicitudinis convertere, & quæ propterea ab eo providè facta fuiſſe dignoſcuntur, nè in contemptionis ſcrupulum relabantur, ſed firma perpetuò, & inconcuſſa remaneant, Apoſtolico præſidio communire; prout rerum, perſonarum, & temporum qualitatibus debitè penſatis, familiarum ipſarum decori, & conſervationi conſpicit in Domino ſalubriter expedire. Hinc eſt, quod Nos alias cogitantes, quod Nobiles familiæ in earum dignitate conſervantur potiſſimùm, opibus in uno capite unitis, & quod ſi in plures partes dividantur, utique ſplendor, & decor ☞ familiarum declinare ſolet, quæ ad inopiam redactæ vileſcunt, & contemnuntur; *Ideoque proſpi-*

2. *Laudatus Pontifex mandat bona conſervari in Familia Barberina.*

cientes conſervationi, & ampliationi nobilis, & antiquiſſimæ familiæ noſtræ de Barberinis, ex Patritiis olim Reipublicæ Florentinæ; cupienteſque, quod bona inperpetuum in illa conſervarentur, & ampliarentur in uno tantum capite noſtræ agnationis, in infinitum, ſervato ordine inferiùs exprimendo; cum facultate tamen nominandi alium de agnatione, etiamſi non ſit de linea ultimi poſſeſſoris, & etiamſi, uti non Primogenitus ſecundum ordinem Primogenituræ ſuccedere non deberet, *ſub die 3. Decembris, anno Domini* 1604., ſeu alio veriori tempore, per acta tunc Rogerii, Ferracuti, nunc Dominici Fonthiæ dilecti Filii, cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditoris Notarii, bona noſtra uni ex germanis Fratribus noſtris, vel illorum filiis per Nos nominandis, & nominatione non facta, infraſcripto Carolo, ſi ſupervixiſſet; Sin autem, uni ex eius filiis, reſervata Nobis facultate, & authoritate, quatenùs Nobis aliqua ex contentis in donatione huiuſmodi difficilia dubia, vel alitèr obſervanda, & adimplenda viſa eſſent, abſque aliquo conſenſu in ea comprehenſorum, liberè declarandi, vel alitèr ordinandi, *rerum tamen ſubſtantia, & ordinatione ſucceſſionum non mutatis*, donavimus, prout in Inſtrumento deſuper confecto pleniùs continetur. Cumque à tempore dictæ donationis uſque ad noſtram, Divina diſponente Clementia, ad Summi Apoſtolatus Apicem aſſumptionem; Alexander, & Nicolaus, noſtri ſecundum carnem germani Fratres, tunc in humanis agentes, dilectis Filiis, Noſtro, Antonio Tituli S. Honuphrii S. R. E. Presbytero Cardinali, ejuſdem Sancti Honuphrii nuncupato, ac Nobili Viro Carolo Barberino, Montis Rotundi Duce, & ejuſdem S. R. E. nec non Triremium noſtrarum, ac Claſſis Pontificiæ Capitaneo Generali, quondam Antonii alterius Caroli natis, & noſtris etiam ſecundum Carnem Fratribus germanis ſuperſtitibus, nullis ex ſe relictis filiis, ab humanis deceſſiſſent. Nos, tàm vigore facultatis aliàs ſic ut ſuprà Nobis reſervatæ, quàm aliàs omni alio meliori modo bona noſtra omnia, & ſingula dicto Carolo Duci, cum ordine tamen ſucceſſionis, proùt in alia noſtra præcedenti donatione, ac cum eadem 6

3. *Refert donationem præcedenter factam ſub die 3. Decembris 1604 per acta Fonthiæ A.C. Notarii.*

facul-

facultate declarandi, vel aliter ordinandi, ut ſupra; exceptiſque à donatione hujuſmodi, bonis, ſtabilibus, & prædiis quibuſcumque, tàm Urbanis, quàm ruſticis in Civitate, & Ducatu Florentiæ, ac illius diſtrictu, ſeu Territorio, & juriſdictione exiſtentibus; de quibus eidem Carolo Fratri liberam donationem, & abſque Vinculis in prædicta alia donatione appoſitis, fecimus, ac etiam exceptis bonis ex hæreditate quondam Alexandri Barbadori, etiam dum vixit Patritii Florentini noſtri Avunculi provenientibus, quæ nobiſmet ipſis reſervavimus, donatione perpetua, & irrevocabili, quæ dicitur fieri inter vivos, etiam perpetuò donavimus, & conceſſimus, proùt in Inſtrumento poſterioris donationis hujuſmodi *ſub die* 22. *Menſis Septembris*, *anni Domini* 1623. ſeu alio veriori tempore celebrato, & per acta tunc dilecti Filii Chryſantis Roſcioli, nunc autem dicti Dominici, recepto, & ſtipulato, etiam pleniùs continetur.

4. *Indicat aliam ſubſequentem Donationem Carolo Fratri factam die* 22. *Septemb.* 1623. *per acta Roſcioli.*

5. *In diem donatione ſibi reſervat bona Florentiæ hæreditaria Barbadori.*

2. Ad præſens verò *prædictæ noſtræ familiæ*, quæ in eiſdem Antonio Cardinale S. Honuphrii, & Carolo Duce Fratribus noſtris germanis, ac ejuſdem Caroli filiis Maſculis legitimis, & naturalibus, ſcilicèt dilectis Filiis, Noſtro Franciſco S. Agathæ Diacono Cardinali Barberino nuncupato, & Nobili Viro Thaddæo, ac Nobili Adoleſcenti Antonio, noſtris, ex dicto Carolo ſimilitèr ſecundum Carnem Nepotibus, *dumtaxàt conſiſtit*, Manutentioni, & conſervationi, ac etiam ampliationi uberiùs proſpicere; & non ſolùm vigore facultatum Nobis, ut præfertur, reſervatarum, ſed etiam omni alio meliori modo, quo etiam tamquàm Princeps poſſumus, fierique poteſt, & debet, infraſcriptam aliam irrevocabilem donationem, ſub titulo ſucceſſionis: ac modis, & formis infrà dicendis, facere volentes; ac Carolum Ducem, & Thaddæum, nec non Antonium, Nepotes prædictos, & eorum ſingulos à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis Sententiis, & Cenſuris, & pænis, à jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxàt conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos

6. *Recenſet Perſonas ſuã Familiam Barberinã eo tunc conſtituentes.*

7. *Præſentem novam donationem in vim facultatum ſibi in antea dictis reſervatarum facere profitetur.*

Digitized by Google

fore cenſentes; necnon inſtitutionis, donationis, & ſucceſſionis hujuſmodi, ac bonorum donatorum, ac quorumcunque aliorum tàm ſupra quam infraſcriptorum tenores, etiam veriores, ac dat. præſentibus pro expreſſis habentes, *Motu proprio*, non ad alicujus Nobis deſuper oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa noſtra ſcientia, & matura animi deliberatione, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine

8. *Revocatiſque contrarii, præſenti donationi.*

dd. noſtras diſpoſitiones, jam, ut præfertur, factas, & in illis contenta quæcunque, in parte tamen, & partibus non contrariis, vel difformibus, aut diverſis, huic noſtræ novæ diſpoſitioni, cui omninò ſtari, & quam obſervari debere intendimus, tàm in illius, quæ ſupplentur ultrà contenta in dd. prioribus, quàm etiam in aliis diſpoſitionibus, quæ priorem declarant, vel ab illis variant, ſeu eiſdem contraria forsàn exiſtunt, ſivè in verbis expreſſis, ſivè etiam in ſubſtantialibus, ſivè etiam virtualitèr, ſeù tacitè;

9. *Vult quod in omnibus dubiis ſumatur interpretatio per quam pleniùs adimpleatur eius voluntas.*

ità tamen, quod in omnibus dubiis capi ſemper debeat illa interpretatio, per quam pleniùs adimpleatur noſtra voluntas, quæ in hoc potiſſimum conſiſtit, & conſiſtet, ut Bona unita, in una tantum

10. *Vult bona conſervari unita in una tantum perſona de ſua familia*

Perſona de agnatione, & familia noſtra Barberina, familiaque ipſa, ſeu ſaltem ejus ſtipes, & cippus in ſua nobilitate, & dignitate conſerventur. In quem ſenſum, & ad quem effectum, omnia verba, tàm primæ, & ſecundæ, quam præſentis diſpoſitionis, & aliarum, ſi quas fieri continget, capi, & interpetrari ſemper volumus, etiamſi ſuppletione, vel correctione indigerent; vel verbis expreſſis violentia

11. *Explicat quæ nam ſit ejus voluntas, & mandat verba impropriari, ut illa impleatur.*

fieret, ità ut utile per inutile non vitietur, & non aliàs alitèr, nec alio modo; Quam declarationem volumus, in qualibet parte præſentis noſtræ novæ diſpoſitionis haberi pro inſerta, & repetita, quatenus opus ſit, & ad majorem Cautelam, Apoſtolica authoritate, tenore præſentium perpetuò approbamus, & confirmamus,

12. *Et denuò vigore facultatis, & de plenitudine poteſtatis.*

3. Iterumque, & denuò, non ſolum, quatenùs opus ſit, vigore facultatum Nobis reſervatarum, ſed etiam MOTU, *ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, & quia ſic Nobis etiam uti Supremo Principi facere, & diſponere placuit, & placet, Caſalia, Domos, Cenſus, loca Montium, ac omnia, & ſingula*

alia

Digitized by Google

aliàs bona, tam Mobilia etiam aurea, & argentea, quam alteriùs cujuſcumque generis per Nos dicto Carolo Duci, ut ſupra donata, & in inventario, ſeù inventariis, de quibus in ipſis donationibus, deſcripta; quæ omnia, & ſingula proùt in dd. Inventariis deſcripta ſunt, in verbo Romani Pontificis atteſtamur, Nos ante prædictam noſtram aſſumptionem, & dùm in minoribus conſtituti eſſemus, habuiſſe, & poſſediſſe; *Nec non etiam Rubiani, & Anticuli Corradi in Tiburtin., ac Montis Rotundi Caſtra, illiuſque Tenutas nuncupatas Torre mancina, Saccorepozzo, Monte le Pietre, nec non Caſtrum dirutum, ſivè Tenutam Griptæ Marozzæ in Sabinen. Diœceſ. poſita, Domos contiguas Magnæ Domui in Urbe, Palatium in loco dicto Capo le Caſe* per prædictum Franciſcum Cardinalem à dilecto filio Nobili Viro Alexandro de Comitibus Sfortia Duce Signiæ aliàs emptum, & deindè præfato Thaddæo illius germano fratri pro ſe, & omnibus aliis in dicta donatione à Nobis ultimo loco facta comprehenſis, ab eodem Franciſco Cardinale donatum; omniaque, & ſingula alia bona in quibuſcunque rebus conſiſtentia, & quovis nomine nuncupata *etiam de pecuniis à Nobis profectis, & proventuris*, aut aliàs quomodolibet quomodocumque, & qualitercunque per prædictum Carolum Ducem pro ſe, ac vocatis, & comprehenſis in ſecunda dicta Donatione, hactenùs empta, & acquiſita, cujuſcunque generis, & qualitatis etiam Emphyteotica, ac Feudalia, & Eccleſiaſtica, ac juriſdictionalia, vel aliàs quomodolibet qualificata exiſtant, vel deinceps tam per eum, quam alios quoſcunque in hac noſtra Donatione, & diſpoſitione comprehenſos, durante tamèn noſtro Pontificatu, quocunque titulo, & jure, etiam ex fructibus, & redditibus, ac Bonis Eccleſiaſticis emenda, & acquirenda, etiamſi ad quamcumque notabilem, & notabiliſſimam, inexcogitatam, ac inexcogitabilem, & quamcumque aliam quantumvis maximam ſummam, & quantitatem, etiam ſpeciali nota, & individua mentione dignam, aſcendant, & qualitatis, etiam Magno Principi, ac etiam Supremo, convenientis, ſit, & de illis, illorumque valore, ſpecialis, & expreſſa, vel etiam individua mentio fieri de-

13. *Indicat bona, quæ Donationi, & Majoratui ſupponit.*

14. *Tam adquiſita, quam durante Pontificatu adquirenda.*

Digitized by Google

beret; cum dd Caſtrorum, & Tenutarum juriſdi-ctione, mero, ac mixto imperio, ac gladii poteſtate, & Territoriis, ac tam dd. Caſtrorum, & Tenutarum, quàm cæterorum bonorum donatorum juribus, membris, pertinentis, adjacentiis, uſibus, commoditatibus, ingreſſibus, & egreſſibus univerſis, & quibuſcumque, ac cum omni, & toto eo, quod Bona ipſa in ſe, & intra ſe, etiam ſub ſolo, à centro Terræ, uſque ad verticem Cœli continent, ad illaque, & ipſorum quomodolibet, tam de jure, quàm de uſu, ſtylo, & conſuetudine, vel aliàs quomodolibet, quomodocunque, & qualitercumque ſpectat, & pertinet, ac

15. *Exceptis bonis Florentiæ provenientibus ab hæreditate Barbadori.*

ſpectare, & pertinere poſſet in futurum; *exceptis tamèn* ſtabilibus in Civitate, & Ducatu Florentiæ exiſtentibus, ac bonis hæreditariis dicti Alexandri Barbadori, liberè, ut præfertur donatis, & Nobis reſpectivè reſervatis, ac reſervata Nobis facultate,

16. *Et facultate aliter diſponendi.*

quatenùs ita Nobis viſum fuerit, aliter diſponendi de bonis quibuſcunque, in totum, vel in parte, ut præfertur acquirendis, & emendis, irrevocabiliter, & donatione, quæ fit, & fieri dicitur inter vivos, perpetuò valitura, & nunquàm ex quavis cauſa revocanda.

17. *Donat Duci Carolo Barberino, ejuſque filiis, & deſcendentibus ſervata infraſcripto ordine.*

4. *Eiſdem Carolo Barberino Duci, & illius filiis, ac deſcendentibus in perpetuum, qui tamèn fuerint, ut infra dicetur, qualificati, & per dictum Carolum Ducem, & alias ſucceſſivè, nominati; vel in defectum nominationis, vocati; Ordine, & modo, & forma infrà ſubjiciendis, Apoſtolica authoritate tenore præſentium, etiam perpetuò donamus*, Volentes, concedentes, & mandantes, quod prædictus Carolus Dux POSSIT, ET DEBEAT, *quandocunque*, 5

18. *Prima vult, quod Carolus poſſit, & debeat unum ex ſuis filiis, vel nepotibus maſculis legitimis, & naturalibus nominare.*

tam in Romana Curia, quàm extra eam, & ubique locorum, *nominare ſibi in ſucceſſorem unum ex ſuis filiis maſculis legitimis, & naturalibus, vel etiam unum ex filiis maſculis dictorum filiorum, aut ex aliis eorumdem filiorum per lineam maſculinam deſcendentibus maſculis*; qui tamen ſit legitimus, & naturalis, ac ex legitimo Matrimonio natus, & procreatus, & non per ſubſequens Matrimonium, vel

19. *Qui ſimiliter alium poſſit, & debeat nomi-*

aliàs quovis modo legitimatus, ſeu legitimus effectus; *qui ſic nominatus; in omnibus, & quibuſcunque bonis donatis ſuccedere debeat poſt mortem di-*

cti

Digitized by Google

cti Caroli Ducis, *& poſtquàm ſucceſſerit*; POSSIT SIMILITER, AC DEBEAT *etiam ipſe quandocunque, ut ſupra alterum ex filiis ſuis maſculis, vel filiis filiorum, aut ex aliis eorundem filiorum per eandèm lineam maſculinam tantùm deſcendentibus maſculis, vel etiam ex aliis filiis maſculis, aut filiorum filiis etiam maſculis, vel aliorum quorumcunque per dictam lineam maſculinam deſcendentium maſculorum ex dicto Carolo Duce, legitimis, & naturalibus, ut præfertur, nominare, & in ſucceſſorem eligere*, qui ſimiliter poſt mortem ſuam in bonis prædictis ſuccedat, & idem ipſe quoque, poſtquàm ſucceſſerit, facere poſſit, ac debeat de filiis, & deſcendentibus maſculis, ut præfertur dicti Caroli Ducis legitimis, & naturalibus ut ſupra; *& ità ſemper, & in perpetuum, ac in infinitum ſervari debeat, donec duraverit deſcendentia, & linea maſculina dicti Caroli Ducis*, quod ſcilicèt ſinguli nominati poſtquàm illorum ſucceſſionibus locus factus fuerit, ſibi poſſint eligere, & nominare ſucceſſorem, *unum de ipſorum filiis maſculis*, aut filiorum filiis, vel eorundem filiorum, vel quorumcumque aliorum à dicto Carolo Duce per eandem lineam maſculinam procedentium, deſcendentibus maſculis, ut præfertur, legitimis, & naturalibus. *In qua electione, & nominatione facienda, non ſit neceſſe attendere aliquem ordinem proximitatis, ſeu gradus, vel majoris ætatis: ſed nominatus, poſtquàm ſucceſſerit in bonis donatis, poſſit ad ſuum beneplacitum, & libitum, ac abſolutam voluntatem in ſucceſſorem nepotem, omiſſo filio, vel alium quemcumque deſcendentem, & etiam remotiorem, etiam omiſſo nepote, & aliis proximioribus, dummodò tamen ſit de deſcendentibus dicti Caroli Ducis; & ſit maſculus deſcendens, ac genitus ex maſculo*, de familia effectiva, maſculina, legitima, & naturali, ut ſupra *dicti Caroli Ducis*, ac ipſe quoque legitimus, & naturalis, ut præfertur; *Quæ perſona habeatur ſemper, & ex nunc, pro nominata, & expreſſa in præſenti donatione; & juxtà formam illius*; ſalva tamen ſemper habenti jus nominandi, facultate variandi in hujuſmodi nominatione, ut infrà dicetur. Ità quod tot cenſeantur donationes, quot Perſonæ nominatæ, & vocatæ, & perindè haberi debeat,

nare maſculum legitimum, & naturalem.

20.

Et ità ſemper ſervetur in infinitum, donec duraverit linea maſculina ejuſdem Caroli.

21.

Declarat quod in nominationibus faciendis non ſit attendendus Ordo Proximitatis, Gradus, & ætatis.

ac ſi tales Perſonæ nominatæ, vel vocatæ, fuiſſent expreſsè in donatione præſenti vocatæ, & ſpecificatæ =

22. In caſu non factæ nominationis, ex quo Carolus voluerit, vel non potuerit nominare, voluit, quod ſuccedat filius, vel alius deſcendens proximior legitimus, & naturalis natu major.

5. Et caſu quo idem Carolus Dux non nominaverit, ſeu noluerit, vel non potuerit nominare aliquem ex dicta noſtra familia in ſucceſſorem in bonis, ut ſupra donatis juxta formam præſentis donationis, tunc, & eo caſu ſuccedat illi, & ſuccedere debeat in præſenti donatione, & bonis quibuſcunque in illa comprehenſis ejuſdem Caroli Ducis FILIUS, VEL ALIUS DESCENDENS PROXIMIOR MASCULUS legitimus, & naturalis, natu major, illi ſuperſtes habilis ad ſuccedendum, modo, & forma, ac conditionibus in præſenti donatione præſcriptis, & ſic ſucceſſivè eodem natu majore, & aliis omnibus in præſenti donatione comprehenſis, ac in bonis, & juribus donatis ut ſupra ſucceſſoribus, nominatione non facta, morientibus, eidem qui nominationem præfatam non fecerit, in eiſdem bonis donatis ſuccedat, & ſuccedere debeat proximior eidem in gradu, & natu major, ſimiliter maſculus, legitimus, & naturalis, ut ſupra; ac ex linea maſculina directa ultimi dd. bonorum ſucceſſoris; qui non facta, ut præfertur nominatione, decederet, ſi extiterit, alias ſuccedere debeat alius maſculus proximior natu major ex dicto Carolo Duce per eandem lineam maſculinam deſcendens, ac legitimus, & naturalis, ut præfertur; & ſic ſucceſſivè ſervari debeat de uno maſculo ad alium maſculum ſucceſſorem in bonis donatis in perpetuum, & in infinitum, durante linea maſculina legitima, & naturali ipſorum de Barberinis ab eodem Carolo Duce deſcendentium; ità, & taliter quod quilibet ex dd. ſucceſſoribus in bonis in præſenti donatione comprehenſis, poſt conſequutam legitimè ſucceſſionem, habeat eandem facultatem, & authoritatem alium maſculum ſibi bene viſum deſcendentem ex maſculo, & ex linea maſculina, legitima, ac naturali ipſorum de Barberinis in ſucceſſorem in eiſdem bonis nominandi, & nominare valeat in perpetuum, & in infinitum, ut ſupra; & iſta nominatio ſemper attendi, & ſervari debeat, in perpetuum; & nominatione prædicta minimè facta, ſemper morienti ſuccedat proximior in gradu, natu major, legitimus, & na-

23. Et ità in perpetuum ervari debeat.

24. Taliter quod quilibet legitimus ſucceſſor habeat facultatem nominandi.

28. Et nominatione non facta ſemper morienti ſuccedat proximior in

Digitized by Google

& naturalis, ac maſculus, ut præfertur, ex linea maſculina directa, legitima, & naturali, ut ſupra ejuſdem ultimi ſucceſſoris, ſi duraverit, ſin minùs proximior in gradu ex maſculo deſcendente ex aliis lineis maſculinis legitimis, & naturalibus, ut ſupra ipſorum de Barberinis, ab ipſomet Carolo Duce tantùm procedentibus, ut ſupra natu major legitimus, & naturalis maſculus ſimiliter in perpetuum, & in infinitum, ut præfertur, durante linea maſculina legitima, & naturali ipſius familiæ de Barberinis.

gradu natu major legitimus, & naturalis ex linea maſculina directa legitima ultimi ſucceſſoris.

Cujus familiæ nomine intelligi tantùm volumus, & declaramus, ut ſupra Carolum Ducem, ac Franciſcum Cardinalem, & Thaddæum, necnon Antonium prædictos ipſius Caroli Ducis, ex nobili muliere Conſtantia quondam Vincentii Antonii Magalotti nata ejus Uxore filios, & alios quoſcunque maſculos ex eodemCarolo ejuſque filiis maſculis reſpectivè deſcendentes maſculos in perpetuum, legitimos tamen, & naturales.

26. *Declarat qui ſint tunc dictæ familiæ.*

27. *Deficiente linea maſculina legitima.*

6. DEFICIENTE VERO' LINEA MASCULINA LEGITIMA, ET NATURALI PRÆDICTI CAROLI DUCIS, *idem Carolus, ſi ſupervixerit, & eo non extante ultimus maſculus ſucceſſor, in quo lineam legitimam deficere contingerit, nominare poſſit*, SI SIBI VIDEBITUR, *in ſucceſſorem in bonis, & ſucceſſione hujuſmodi comprehenſis, unum ſibi benè viſum à dicto Carolo Duce per eandem lineam deſcendentem maſculum naturalem*, aut alias quomodolibet illegitimum, etiam ex Presbyteris, & Conjugatis, aut ex quocunque damnato, etiam inceſtuoſo coitu (Deo permittente) ex humana fragilitate forsàn procreatum; ſivè fuerit legitimatus, ſive non; vel etiam *unum ex dd. illegitimis, ſeu legitimatis filium, aut nepotem*, vel alium per rectam lineam maſculinam deſcendentem maſculum, Legitimum tamen, & naturalem, ut præfertur; ità ut ſit in facultate ipſius Caroli Ducis, ſeù ultimi maſculi, *vel legitimatum, vel non legitimatum*, dummodò tamèn exiſtente legitimato per ſubſequens Matrimonium, vel aliquo ex ejus per lineam maſculinam deſcendentibus maſculis legitimis, & naturalibus, aut ſimiliter per ſubſequens Matrimonium legitimatis, ille ſemper in nominatione

28. *Dat Carolo, vel ultimo Poſſeſſori arbitriū nominandi ſi ſibi videbitur maſculum naturalem.*

29. *Aut aliàs quomodolibet illegitimum.*

30. *Ità tamen ut legitimatus per ſubſequens præferatur non legitimato.*

Digitized by Google

præferatur quibuſcumque illegitimis, & legitimatis; *Qui ſic electus, ſeù nominatus* POSSIT, ET DEBEAT *ipſe quoque unum maſculum legitimum, & naturalem, ut ſupra ex ejus deſcendentibus maſculis vel ex aliis illegitimis, ut præfertur, à dicto Carolo Duce, & ejus deſcendentibus maſculis natis nominare*; Ità tamèn, ut ſemper legitimè natus præferatur cuicumque illegitimo, & etiam quomodocumque legitimato; & idem facere poſſint alii omnes ab eo, & aliis deſcendentibus maſculis, in perpetuum nominandis = Ipſo autem Carolo Duce, vel ultimo ſucceſſore maſculo, ex ejus legitima linea maſculina deſcendente, aùt ab eis nominato, & aliis omnibus, qui ſucceſſerint non nominantibus, debeat ſemper proximior maſculus natu major, & ab ipſo Carolo Duce per rectam lineam maſculinam deſcendens, ſuccedere, modo, & forma, ac in omnibus, & per omnia: prout ſupra de maſculis legitimis, & naturalibus ex linea legitima d. Caroli Ducis deſcendentibus expreſſum fuit. Ità tamèn, ut ſemper legitimè natus cuicumque illegitimo præferatur.

31. *Electo autem, & nominato datur facultas alium nominandi prout de maſculis legitimis, & naturalibus ſupra diſpoſitum eſt.*

32. *Nominatione non facta proximior maſculus natu major ſuccedere debeat.*

7. NON EXTANTIBUS AUTEM, SEU DEFICIENTIBUS QUANDOCUMQUE ILLEGITIMIS, VEL LEGITIMATIS, AUT EORUM DESCENDENTIBUS MASCULIS; VEL NOLENTE eodem Carolo Duce, ſeù ultimo maſculo legitimo, ut ſupra, nominare naturalem illegitimum, ſeu legitimatum, *aut ex eis deſcendentem, ut* præfertur; Idem Carolus Dux, ſi ſupervixerit, SEU ULTIMUS SUCCESSOR *nominare* POSSIT, ET DEBEAT UNAM EX FILIABUS, VEL NEPOTIBUS *ex filiis maſculis, aut unam ex Pronepotibus ex nepotibus, vel alio deſcendente maſculo præmortuis, vel etiam fœminam ex aliis quibuſcunque deſcendentibus maſculis dicti Caroli Ducis procreatam; Dummodò tamen ſit legitima, & naturalis, ac etiam deſcendens à filiis, vel aliis deſcendentibus maſculis legitimis, & naturalibus dicti Caroli Ducis, ut ſuprà, & non alias &c.* = Quæ fęmina, poſtquam ſucceſſerit, ſimilitèr *unum ex filiis ſuis maſculis, aut aliis per lineam ejus maſculinam deſcendentibus maſcu-*

33. *Non extantibus, ſeù deficientibus illegitimis, vel nolente ultimo poſſeſſore illos nominare.*

34. *Idem Carolus, ultimus ſucceſſor nominare debeat unam ex filiabus &c.*

35. *Quæ poſtquam ſucceſſerit nominare poteſt, & debeat unum ex ſuis filiis maſculis.*

Digitized by Google

ſculis legitimis, & naturalibus, ut præfertur, nominare poſſit, & debeat. Qui in Bonis donatis hujuſmodi ſuccedat, & poſtquam ſucceſſerit, poſſit, & debeat ipſe quoque nominare unum ex ejus filiis, & deſcendentibus ſuis maſculis, legitimis tamen, & naturalibus ut ſupra, *& ita ſemper, & in perpetuum ſervari debeat, donec duraverit deſcendentia maſculina dictæ fœminæ*, UT DE DESCENDENTIBUS MASCULIS DICTI CAROLI DUCIS, SUPERIUS EST DICTUM = *Ita tamen, ut ſemper excludantur, & excluſi eſſe intelligantur Naturales, ſeu Illegitimi* quandocunque, & quomodolibet etiam per ſubſequens Matrimonium legitimati *ex ipſis fœminis deſcendentes* = PROUT ETIAM *ab hujuſmodi nominatione, & ſucceſſione deſcendentium ex fœminis* EXCLUDI VOLUMUS ETIAM FILIOS, *vel alios deſcendentes maſculos natos ex fœminis præfatis deſcendentibus ex filiis maſculis dicti Caroli Ducis, vel ejus deſcendentium maſculorum; quando tales fœminæ prædeceſſiſſent, abſque ſucceſſione in Bonis donatis, quia non fuiſſent nominatæ, vel caſus nominationis, & ſucceſſionis ipſarum non veniſſent, aut alio quovis caſu, vel impedimento; aut proprio facto non ſucceſſiſſent ob quamcunque Cauſam.*

36.
Excluſis à nominatione illegitimis fœminarum.

37.
Ac excluſis etiam filiis maſculis illarum fœminarum, quæ prædeceſſerint antè caſum apertæ ſucceſſionis.

8. Caſu autem, QUO NON EXTARENT FÆMINÆ NATÆ EX DESCENDENTIBUS MASCULIS DICTI CAROLI DUCIS, *quæ eis ſucceſſerint in bonis donatis, nec earum deſcendentes maſculi, ut ſupra vocati, vel quandocumque defecerint*, POSSIT, ET DEBEAT *dictus Carolus Dux, ſi ſupervixerit, vel ultimus Succeſſor* in bonis donatis *unum Succeſſorem maſculum legitimum, & naturalem, ut præfertur, tam ex fœminis lineæ prædictæ, quæ non ſucceſſerint, vel ex quavis alia Familia extranea nobili tamen, & non alias, eligere*, & ſic ſucceſſivè hujuſmodi nominatus, & ab eo, ac aliis, Succeſſores, unus poſt alium, ut ſupra, *in perpetuum nominandi habeant eandem facultatem alium Succeſſorem de eorum linea legitima, & naturali, donec ipſa duraverit, ſin minùs de alia extera, nobili tamen, ut ſupra familia, nominandi*, ac nominare, & eligere debeant in perpetuum, & in infinitum, ut ſuperiùs eſt expreſſum de dictis aliis lineis = *Et caſu, quo, vel Carolus Dux, vel ultimus Succeſſor ex lineis, ut ſupra*

38.
Non extantibus fœminis ultimi Poſſeſſoris poteſt, & debet nominari maſculus tam ex fœminis prædictis, quæ non ſucceſſerint quam ex alia Familia nobili.

39.
Et in defectum nominationis ſuccedere de-

beat maſculus Proximior ætate major, & de Familia nobili &c.

vocatis, aut etiam ex familiis EXTRANEIS SUCCESSOREM NON NOMINARET (ſemper, & in perpetuum, ac toties, quoties caſus evenerit, *ſuccedat, & ſuccedere debeat proximior, ille, qui fuerit maſculus major natu, legitimus, & naturalis, & de familia Nobili*) Qui poſtquam ſucceſſerit, habeat eandē facultatem nominandi unum ex deſcendentibus ſuis maſculis, legitimis, & naturalibus; & ità ſervari debeat in perpetuum, donec ejus linea duraverit, ut ſuprà dictum eſt; & ea deficiente, poſſit ultimus Succeſſor alium de familia extera nominare qualificatum tamen ut ſupra; & ità ſemper ſervari debeat, quoties caſus defectus lineæ exterorum, vel non nominationis, evenerit.

40. *Succeſſores, qui juxtà ſuperiùs præſcriptum Ordinem nominari debent, non facta per ultimum poſſeſſorem nominatione haberi debent prò nominatis ſervato ſupradicto ordine.*

9. *Quos ut ſupra Succeſſores, ex nunc prout ex tunc, & è contra in eventum, in quem modo per Nos ut præfertur præfixo per ultimum Succeſſorem* ANTE EJUS OBITUM NEMO NOMINATUS FUERIT, AD SUCCESSONEM HUJUSMODI NOMINAMUS, ET ELIGIMUS. *Volentes etiam, quod præſens noſtra nominatio, & electio valeat, & ſuffragetur ei in omnibus, & per omnia, perindè* ac ſi per immediatum *in donatione hujuſmodi Succeſſorem ante ejus obitum*, SERVATO SUPRADICTO ORDINE, *nominatus, & electus fuiſſet. Ità quod, tot cenſeantur donationes, quot Perſonæ nominatæ, & vocatæ, & perindè haberi debeant, ac ſi tales perſonæ nominatæ, vel vocatæ, expreſsè, & propriis nominibus in præſenti donatione ſpecificatæ fuiſſent.*

41. *Non extantibus Propinquis ſuccedere debet, quem Decani Prothonotariorum, Clericorum Cameræ, & Auditorum Rotæ nominaverint.*

10. Et ſi fortè contingeret, quod nullus propinquus in gradu ſucceſſibili extaret, tunc ſuccedat is de familia extera nobili, legitimus, & naturalis, ut ſupra, quem Decani, pro tempore exiſtentes, trium Collegiorum, videlicèt Sedis Apoſtolicæ Notariorum de numero participantium; & Cameræ Apoſtolicæ Clericorum, ac Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditorum, ſeù illorum major pars nominaverit, & in eventum, in quem Decani prædicti eſſent ſingulares in nominatione, tunc præferatur is, cui acceſſerit Præfectus Signaturæ Juſtitiæ, ſimiliter pro tempore exiſtens.

42. *Injungit extraneis onus geſtandi Nomen, & Inſignia Domus Barberinæ.*

11. Conditione tamen eiſdem omnibus Succeſſoribus adjecta, quod illi *omnes, & ſinguli teneantur, & debeant ſe cognominari facere de Domo, & Familia no-*

ſtra

Digitized by Google

ſtra de Barberinis. Ipſorumque de Barberinis arma, & inſignia ſumere, & illis uti in omnibus occurrentiis, abſque aliqua mixtura alterius Cognominis, aut aliorum inſignium, vel armorum ipſorum nominatorum, etiam abſquè ulla interpellatione, alioquin ſi defecerint, aut quilibet eorum defecerit, *Contraveniens ſtatim eo ipſo cadat, & cecidiſſe intelligatur ab omni commodo præſentis donationis*, & bona donata devolvantur, & tranſeant ad alios Succeſſores in præſenti donatione comprehenſos = *ordine prædicto ſervato*, perindè ac ſi ex tunc contravenientes, morte naturali defeciſſent, abſque aliqua Sententia, vel Judicis declaratione; exceptis tamen caſibus, in quibus dd. nominati Uxores nobiles ducerent, & dos talis eſſet, ut per eam notabiliter Status Domus occaſione Feudorum, vel etiam bonorum allodialium augeretur, vel in Nobilium hæreditate paritèr valdè opulenta ſuccederent; tunc enim inſignia miſceri, & illa cum noſtris inquartari poſſe permittimus. Declaratione inſuper expreſsè adjecta quod, tàm Nobis, quàm dicto Carolo Duci, & omnibus, & ſingulis aliis in hujuſmodi donatione comprehenſis, & habentibus, ut ſupra facultatem nominandi, poſtquàm fuerit legitimè factus locus eorum ſucceſſioni, liceat ſemel, & pluries, ac toties quoties eis videbitur, Succeſſorem, ut præfertur, nominare, & unam, vel plures, & quaſcunque nominationes facere, & nominatos revocare, *& in hujuſmodi nominationibus eorum arbitrio variare*. Ità ut ſemper ultima nominatio locum habeat, prævaleat, & attendi, ac ſervari debeat; *& nullum jus ſuper Bonis donatis, acquiſitum intelligatur, niſi ultimo loco nominato*.

43. *Datur poteſtas variandi nominationem.*

44. *Præſcribitur modus explendi nominationes.*

12. Dummodò tamen ultimus ſit nominatus qualificatus juxtà formam præſentis donationis exiſtat; alitèr nominatio ultima qualificata, attendatur, & attendi debeat. Quæ nominationes fieri poſſint, & factæ valeant quovis tempore poſt delatam tamen, ut præfertur nominatis Bonorum prædictorum Succeſſionem; dummodo nominationes hujuſmodi, *ſi extrà mortis articulum, & in ſcriptis coram Notario, & duobus Teſtibus; ſi verò in mortis articulo, in ſcriptis, vel extrà mortis articulum ſinè ſcriptis, coram Notario, & ſaltèm quinque Teſtibus fiant; & ſi ſecùs factum fuerit, nominationes prædictæ, ipſo jure, & ipſo facto,*

ac abſque aliqua Judicis pronunciatione, ſeù declaratione, nullæ, & invalidæ ſint; & in donatione hujuſmodi ſuccedat alter, qui ſucceſſiſſet, ſi dicta nominatio facta non fuiſſet. Quem ſimilitèr in hoc caſu ad ſucceſſionem hujuſmodi nominamus; &, ſi acciderit, unum, vel plures nominatos prædecedere nominantibus, illique, qui nominaverint deinceps alias nominationes non fecerint, toties, quoties id acciderit, in præſenti donatione ſuccedere volumus, & mandamus alios, qui ſucceſſuri eſſent, ſi dd. nominati in medio non fuiſſent, & nominatio ad illorum favorem minimè facta eſſet.

45. *Nominationes irrevocabiles permittuntur.*

13. Poſſit tamen, & valeat quilibet ex prædictis nominandi facultatem habentibus, ſi eidem placuerit, nominationem irrevocabilem facere per contractum inter vivos cum ſtipulatione Notarii, vel juramento, aut alio modo de jure permiſſo, & ſe facultatem pluries nominandi, & in nominatione variandi ejus arbitrio privare; & tali caſu hujuſmodi irrevocabilis nominatio attendi, & ſervari debeat.

46. *Fructus aſſignandi nominato antè annum 25. cum onere inveſtiendi reſiduum.*

14. Volentes ſimilitèr, ut quilibet ex prædictis nominandi facultatem habentibus, ſi nominaverit aliquem minorem vigintiquinque annis, teneatur, & debeat eidem minori nominato, uſque quo ipſe nominatus ætatem annorum vigintiquinque compleverit, de competenti, & idoneo ſibi beneviſo Tutore, & ſeù Curatore, uno, vel pluribus, ac cum Salario, & Emolumentis, ſibi beneviſis, providere; & hujuſmodi Tutorem, & ſeù Curatorem, vel Tutores, & ſeù Curatores cum Clauſulis, & Cautelis illi beneviſis, licitis tamen, & honeſtis deputare, & in hujuſmodi deputatione toties, quoties ſibi placuerit, & videbitur, variare; & quatenùs in hujuſmodi donatione, & bonis donatis, tàm à Nobis, quàm ab aliis quibuſcunque in hujuſmodi donatione comprehenſis nominatus fuerit aliquis minor vigintiquinque annis, illi poſtquam Succeſſioni ejuſdem in bonis, ut præfertur, donatis, locus factus fuerit, uſque ad completum decimum quintum, quintam; & à decimo quinto uſque ad completum vigeſimum quintum ſuæ ætatis annum, quartam partem omnium fructuum dictorum Bonorum donatorum, anno quolibet, ultrà condecentem habitationem in dicta Ma-

Digitized by Google

gna Domo donata illi aſſignandam pro ejuſdem honorifica ſuſtentatione ſolvi, & erogari. Reſiduum verò eorundem fructuum, quod, ſolutione prædicta facta, ſupererit, in emptionem Bonorum ſtabilium, vel Cenſuum benè aſſecuratorum cum Communitatibus, vel Locis Piis opulentis, ſivè in tot Locis Montium non vacabilium Cameralium de Urbe, ad beneficium, & utilitatem omnium comprehenſorum in præſenti donatione, converti, & inveſtiri debeat; Quod inveſtimentum ſuppoſitum eſſe cenſeatur, prout ex nunc illud ſupponimus, & ſubmittimus eiſdem conditionibus, prohibitionibus, & Clauſulis in præſenti donatione appoſitis, quibus ſuppoſita ſunt alia Bona, ut ſupra donata. Et prædicta ſervari mandamus in qualibet nominatione ſimilis Minoris, in perpetuum, quoties Caſus prædicti evenerint ſub pœna, ut quilibet contrafaciens cadat, & cecidiſſe intelligatur ab omni jure, & commodo præſentis donationis, pro rata, & quantitate hujuſmodi fructuum inveſtiendorum, & non inveſtitorum, ut ſupra. Qui fructus ſic inveſtiendi, & non inveſtiti, tali caſu inveſtiri debeant in alia re ſtabili ad uſumfructum omnium, & ſingulorum, *tàm fœminarum ex dicta Linea de Barberinis deſcendentium; & quæ extantibus maſculis de eadem linea à donatione hujuſmodi, ut infrà, excluſæ erunt*, quàm maſculorum filiorum nominandorum, qui ad bona, ut præfertur, donata non nominabuntur. Ita quod poſſeſſori *pro tempore exiſtenti Bonorum donatorum, & alimenta dd. Excluſis, ut infrà præſtare obligato* in ipſis alimentis uſusfructus prædictus computari debeat, & Minor contraveniens, ſe excuſare, aùt reſtitutionem in integrum deſuper obtinere non poſſit ſub minoris ætatis, vel quovis alio prætextu. Tutores tamen, & ſeù Curatores, prout Juri conſonum fuerit, ad damna, expenſas, & intereſſe erga dd. minores ob non factum inveſtimentum prædictum teneri, & obligatos eſſe volumus, ac ex nunc per præſentes obligamus, ac obligatos declaramus; poſtquàm verò minores prædicti ætatem vigintiquinque annorum expleverint, omnibus fructibus Bonorum in præſenti donatione comprehenſorum eos frui debere ſtatuimus.

Et

47. *Præfigitur nominatis terminum ad ſuſcipiendam Uxorem.*

15. Et quià cupimus providere, & proſpicere, non ſolùm conſervationi bonorum in favorem comprehenſorum in præſenti donatione; *Verùm etiam ampliationi, & legitimæ propagationi noſtræ familiæ, & lineæ de Barberinis*, quam mediante Matrimonii Sacramento augeri, & propagari ſperamus, quia ſic nobis facere, & diſponere placuit, & placet, de bonis prædictis, & ad omnem alium meliorem finem, & effectum; Volumus paritèr, & ordinamus, quod quilibet ex nominandis in præſenti donatione, & in bonis donatis Succeſſoribus, qui tempore Succeſſionis in bonis prædictis ad eum delatæ, Uxorem, vel filios maſculos legitimos, ut ſuprà ſaltem duos, non habuerit, ſi decimum octavum infrà quinquennium: ſi vigeſimum quintum, infrà biennium: Si trigeſimum reſpectivè ejus ætatis annum expleverit infrà annum tunc proximum, ſeu immediatè ſequentem, debeat Uxorem duxiſſe, & Matrimonium juxtà ritum Sacri Concilii Tridentini, & S. R. E. contraxiſſe, & conſumaſſe, aliàs terminis ſic ut ſuprà aſſignatis, elapſis, & præmiſſis non adimpletis, ab omni jure, & commodo præſentis donationis, & facultatis nominandi, ipſo jure, & ipſo facto ſtatim abſque ulla moræ purgatione cecidiſſe, & factus locus Succeſſioni alterius immediatè vocati juxtà formam præſentis donationis, ac ſi contraveniens mortuus fuiſſet, ſimilitèr abſque aliqua Judicis declaratione, vel Sententia intelligatur. Antè annum verò 18. expletum, quemque illorum ad Uxorem ducendam obſtringi nolumus; ſed acciderit, quod nominatus, ut præfertur, Succeſſor poſt decimum quartum, aùt aliàs quandocumque antè vigeſimum quintum ætatis ſuæ annum completum, Uxorem ducat, vel illam etiam duxiſſet; eo caſu ſi, & poſtquam ſucceſſioni in dictis bonis donatis, locus factus fuerit, illum non ſolum quartam partem, ſed integraliter, & abſque ulla diminutione, omnes redditus percipere, & in ſuos uſus convertere poſſe concedimus, permittimus: & adveniente caſu, quod nominatus ſucceſſerit in bonis, ut præfertur, donatis, Uxoreque anteà, vel poſteà ducta; proleque maſculina non ſuſcepta, viduus remanſerit, totiès quotiès id evenerit, illum ad aliam Uxorem, infrà annum à die

48. *Viduus, infra annum aliam debet Uxorem ducere.*

obi-

obitus ſingularum Uxorum prædefunctarum ducendam ſub dictis pœnis obligamus, & obligatum eſſe volumus. Sed ſi contingerit in hujuſmodi bonis ſuccedere maiores quinquaginta annis, volumus, quod ſit in ejus facultate, & arbitrio, vel Uxorem ducere ſtatim, & incontinentii, aperta Succeſſione ad ejus favorem, vel ſi Uxorem ducere noluerit, retinere vita ſua durante tertiam partem tantum reddituum quorumcumque bonorum donatorum, & excepta juriſdictione, quàm in locis, & bonis juriſdictionalibus per eum, qui à *nolente*, ut præfertur, Matrimonium contrahere, nominatus fuerit, ac Uxorem duxerit, vel habuerit, & ad ſuccedendum juxtà ſeriem præſentis donationis habilis fuerit, haberi, & exerceri, ad quem etiam ex tunc alias duas tertias partes fructuum bonorum hujuſmodi; prædicto verò nominante defuncto, reliquam tertiam partem reddituum eorundem, quam ipſe nominans poſſidebat, devolui præcipimus, & ſimilitèr mandamus.

49. *Et ſi nolit Uxorem ducere, debet Succeſſorem nominare, ac tertiam partem reddituum pro ſe retinere.*

16. Quod ſi contingerit aliquem ex Succeſſoribus in bonis hujuſmodi decedere, *non facta nominatione*, relictis poſt ſe geminis, vel pluribus uno partu editis maſculis, ſuccedere debeat, qui juxta atteſtationem obſtetricum, & aliarum mulierum adſtantium deſuper habendam, prior in locum editus fuerit; ſi verò ignoretur, quis eorum priùs in lucem exierit, tali caſu Pater eorum declarare debeat, quis eorum in Succeſſione præferendus ſit, & Patre non extante, vel non facta declaratione defuncto, ſorti committatur coram dictorum trium Collegiorum Decanis prædictis.

50. *Ex gemellis non facta nominatione ſuccedit prior in lucem editus.*

17. FÆMINAS AUTEM *ex familia prædicta de Barberinis*, DURANTE LINEA MASCULINA, TAM LEGITIMA, QUAM ILLEGITIMA, *ſupra excluſas, non extantibus aliis bonis ultrà ſuppoſita hujuſmodi donationi congruè modo, quo ſupra, & reſpectivè, ut infrà, dotari, & alimentari* etiam ex inveſtimentis, & multiplico, ut ſupra faciendo, itidem mandamus; *Sicuti etiam filiis maſculis, qui ab hujuſmodi donatione excluſi reperiuntur*, & cuilibet ipſorum pernominatos, & vocatos in hujuſmodi donatione ALIMENTA DECENTIA dari, & præſtari volumus (niſi ali-

51. *Fœminæ Domus Barberinæ, quæ durante tantum linea maſculina ſunt excluſæ, debent dotari.*

Digitized by Google

aliter per Nos declaratum fuerit) domi dictorum vocatorum, & comprehenſorum, vel alibi, *ubi alendi illa ſibi præſtare voluerint*; ità tamen, & aliter quod ſi extrà domum vocatorum illa haberi voluerint, non poſſint eadem prætendere in maiori quantitate, quam quæ ipſis præſtari deberent *in domo alere debentis*, & *quod Perſonæ alendæ*, & *dotandæ*, ut præfertur, debitas reverentiam, & obedientiam ergà prædictos vocatos, & compræhenſos exhibere, & præſtare teneantur.

52. *Maſculis aliundè proviſis non dentur alimenta.*

18. Volentes inſuper, quod ſi filii maſculi, ut præfertur, excluſi, tàm tempore excluſionis, quàm poſteà quandocumque, & quomodocumque, habuerint, ſeù acquiſiverint, undè congruè ſuſtentari valeant, is, qui alimenta præſtare tenebatur, ab illorum præſtatione liberatus ſit, & eſſe cenſeatur eo ipſo. *Quæ quidem alimenta, illorumque commoditas nullo modo alienari*, nec etiam in Fiſcum tranſire poſſint, *ſed omnibus*, & *ſingulis alienandi prohibitionibus*, *cæteriſque diſpoſitionibus in præſenti donatione contentis*, & *expreſſis ſubiecta*, & *ſuppoſita ſint*, & *eſſe intelligantur*.

53. *Inter plures eiuſdem gradus, non facta nominatione, ſuccedat natu maior.*

19. Declaramus etiam, quod ſi contingat in ſingulis caſibus dictæ ordinatæ Succeſſionis; *in eventum non factæ nominationis*, *plures exiſtere ejuſdem gradus*, *ſuccedere debeat ille dumtaxàt ex ipſis*, *qui fuerit major natu tempore ſucceſſionis*, & *admiſſionis*, & ſi fuerint ejuſdem ætatis, eodem caſu ille, qui ex pluribus gradibus fuerit agnatus, ac etiam cognatus, ſi ex utroque Parente, præferatur ille, qui ex ſolo Patre ſit coniunctus, & ſi etiam eſſent pares in gradibus ex utroque, vel ex Patre tantum, & ejuſdem ætatis, ille, in quem poſita ſorte coram eorundem Collegiorum Decanis prædictis pro tempore exiſtentibus bona ſors contigerit, omni prorsùs appellatione, reclamatione, & exceptione remotis; ad bona, & jura, ut ſupra donata admittatur, & in illis ſuccedat.

54. *Clericus ſimplex, infra tres menſes debeat declarare ſuum ſtatū futurum.*

20. Et quia intentio, & deliberata voluntas noſtra fuit, & eſt, *ut per legitimorum*, & *naturalium deſcendentium prolem*, *familia*, & *agnatio noſtra de Barberinis*, & *ejus memoria quantùm Deo Optimo Maximo placuerit*, *conſervetur*; Volumus, & manda-

damus, quod caſu, quo ALIQUIS MASCULUS EX OMNIBUS, ut ſupra vocatis in præſenti donatione comprehenſis eſſet Clericus Beneficiatus, vel non Beneficiatus, *non tamen exiſtens in Sacris*, teneatur infra tres menſes à die Succeſſionis, & adeptæ poſſeſſionis, vel qua per eum ſteterit, quo minus illam adipiſcetur proximos, omni moræ, etiàm minimæ, purgatione rejecta declarare, an velit vitam Sæcularem, vel Sacerdotalem ducere, & quatenùs vitam Sæcularem elegerit, tunc ſuccedat modo, & ordine ſupra expreſſis. *Si verò extiterit in Sacris, vel vitam Sacerdotalem elegerit, vel declarationem prædictam intra tempus trium menſium hujuſmodi non fecerit, talis omninò excluſus ſit, & eſſe cenſeatur eo ipſo à ſucceſſione in bonis donatis, & alius proximior, ac major natu ſtatim ſuccedat, qui ſucceſſurus fuiſſet, ſi talis Clericus, ſivè Sæcularis, ſivè Regularis, nunquàm extitiſſet, vel mortuus fuiſſet, aut nominatio ad ejus favorem facta non fuiſſet.*

55. *Non facta declaratione, ſit excluſus, proùt excluſi ſunt conſtituti in Sacris, ac ſì nati non fuiſſet.*

21. Et inſupèr declaramus in nominationibus, & ſucceſſionibus, ut ſopra ordinatis, nullo modo ſuccedere debere, nec poſſe, ac in præſenti donatione comprehenſos non eſſe, Profeſſos in aliqua Religione, aut Militia etiam S. Joannis Hieroſolymitani, aut alia, in qua votum ſolemne Caſtitatis emittatur, ſivè illa Succeſſionis capax fuerit, ſivè non; & quod Monaſterium non veniat appellatione filii, vel Succeſſorum, nec aliquid prætendere poſſit, neque in proprietate, neque in fructibus, nedùm perpetuò, vel ad vitam Profeſſi, ſed neque aliquo temporis momento, quià omnes Profeſſos, & Religiones, ac Monaſteria ſemper, & perpetuò excludimus, & excluſos eſſe volumus, non quidem animo retrahendi aliquem à Sacerdotio, ſeù Religione, ſed ut bona donata omninò conſervetur in agnatione, & familia noſtra de Barberinis, & illa propagetur, ac multiplicetur mediante Sacramento Matrimonii. Admittimus tamen, & admiſſos eſſe volumus, & mandamus Milites illarum Militiarum ordine prædicto ſervato, in quibus etsì Profeſſi fuerint, remanſerint tamen capaces Matrimonii contrahendi, quos volumus teneri ad petendam diſpenſationem pro ducenda ſecunda Uxore, quatenùs ut ſuprà

56. *Excluduntur paritèr Religioſi Profeſſi, qui emittant votum Caſtitatis.*

57. *Et admittuntur illi, qui etsì Profeſſi, poſſunt Uxores ducerè.*

 opus

Digitized by Google

opus fuerit, & tali diſpenſatione obtenta, teneri ad illam pariter ut ſupra ducendam. Volentes etiam illos omnes, qui tempore Succeſſionis fuerint Clerici, & non compleverint ætatem annorum quatuordecim non teneri facere declarationem prædictam, niſi poſt completam ætatem hujuſmodi, & interim fructus ex quibuſcumque bonis ſub donatione hujuſmodi comprehenſis percipiendi, ad beneficium, & commodum hujuſmodi donationis inveſtiri, completa verò ætate quatuordecim annorum ſupradicta, ad dictam declarationem faciendam infrà tres menſes, ut ſuprà omninò obligatos eſſe decernimus, & ſi illam non fecerint, omni commodo præſentis donationis privatos eſſe: & alios, qui ſucceſſuri eſſent, ſi dictus Clericus, & alii, ut ſupra excluſi, tanquàm incapaces mortui fuiſſent, ſeù in rerum natura non fuiſſent, antè dictam Succeſſionem, ſuccedere, ut ſuprà mandamus.

58. *Facultas alienandi Domum magnam, & alia.*

22. Volumus quoque, quod quilibet ex comprehenſis in præſenti donatione, habeat facultatem, & authoritatem prædictam noſtram Domum magnam, Domoſque, & Domunculas illi annexas, & contiguas, & reſpectivè etiam Domum, ſeù Domos, Hortos, Granaria, & Stabula in Caſtro Gandulphi, vendendi, & alienandi; ad effectum tamen pretium ex illis, vel altero eorum redigendum, inveſtiendi in alia decentiori Domo, vel in aliis bonis ſtabilibus, quæ vinculis præſentis noſtræ donationis perpetuò ſubjaceant.

23. Quodque Succeſſores in hac donatione comprehenſi, Cenſus, & loca Montium, *ac quæcumque credita in præſenti donatione comprehenſa, ad effectum ex illis emendi, & acquirendi in favorem comprehenſorum in præſenti donatione* aliquod prædium, ſeù Caſale; Quæ ſubjaceant eiſdem conditionibus in præſenti donatione appoſitis, & non ad alium effectum, nec quovis alio modo, in ſolutum dare, permutare, & alienare poſſint, & valeant.

24. Ulterius, quià de Perſonis Caroli Ducis, & Thaddæi prædictorum *particularitèr* confidimus; & quod ipſi nil aliud, niſi utile pro hujuſmodi noſtra donatione, illiuſque conſervatione, ac etiam ampliatione facturi ſint, ſperamus; Proptereà eiſdem Ca-

Digitized by Google

II.

URBANUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Ad perpetuam Rei Memoriam.

ALIAS Donationem perpetuam, & irrevocabilem, *ſub titulo Succeſſionis in antiqua, & nobili familia noſtra Barberina*, ordinavimus, modis; & formis, prout in noſtris *ſub plumbo* expeditis Litteris, *ſub Datum Romæ, apud S. Mariam Majorem Kal. Maii* 1627. *Pontificatus Noſtri Anno IV.* pleniùs continetur; ☞ *Ut autem in illarum exequutione, quantùm poſſibile eſt, omnium Controverſiarum, & Litium occaſio omni tempore ſcindatur*, & removeatur; Ut gubernio, & adminiſtrationi Civitatum, Terrarum, Caſtrorum, & quarumcumque aliarum Jurisdictionum, ac quorumcumque Palatiorum, Caſalium, & Jurium prædictæ Succeſſionis per Nos ordinatæ, *tam* ☞ *hactenus acquiſitorum, quàm acquirendorum*, eò magis conſulatur; Litterarum præfatarum, & indè ſecutorum quorumcùmque, ac omnium, & ſingularum exemptionum, ac cujuſcumque generis acquiſitionum, aliorumque hic forsàn de neceſſitate exprimendorum, & inſerendorum tenores, pro plenè, & ſufficientèr expreſſis, & de verbo ad verbum inſertis, habentes; non ad alterius Nobis oblatæ ſupplicationis, ſeu petitionis inſtantiam, ſed *Motu proprio*, certaque ſcientia, ac matura deliberatione, Noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ☞ *& tanquam Princeps Supremus, Auctorque, & ordinator dictæ Succeſſionis, ac Donator*, & aliàs quocumque alio meliori modo, jure, ac via,

1. *Secundum Breue S. M. Urbani VIII.*

2. *Mentionem habet alterius Brevis, dat. die prima Maii ejuſdem anni 1627.*

3. *Et profitetur hoc Breve ſtatuere ad tollendas quaſcumque lites in illius exequutione.*

Digitized by Google

qua poſſumus; Statuimus, ordinamus, & mandamus, quod in euentum, in quem perpetuis futuris temporibus in prædicta Succeſſione per Nos, ut

4. aſu, quæ in donatio- m ab ipſo Urbano or natam ſuccederet In. ns, Pupillus, vel Minor, aut alter Ad- iniſtratore indigens,

præmittitur, ordinata, *ſuccedat aliquis Infans, pupillus*, ſeu minor, vel alius, qui quovis modo, & ex quavis cauſa indigeat Tutore, Curatore, vel alio Adminiſtratore; Tunc, & eo caſu, ac toties quoties caſus præfatus acciderit, exiſtente, *ſeu exiſtentibus aliquo, vel aliquibus de prædicta noſtra familia Barberina, ad adminiſtrandum habilibus*, expreſsè interdicimus, & prohibemus, præfata bona, & Jura etiàm Jurisdictionalia, tam hactenus acquiſita, quàm in poſterum acquirenda, incorporataque, & incorporanda eidem Succeſſioni per Nos ordinatæ, non poſſe adminiſtrari ab aliquo cujuſcumque qualitatis, Status, conditionis, gradus, & dignitatis etiam Eccleſiaſticæ, & ſpeciali mentione dignæ, *qui non ſit natus ex præfata noſtra nobili Domo, & Familia Barberina*, etiamſi ipſe non exiſtens de præfata noſtra Familia Barberina, eſſet eidem Infanti, pupillo, vel minori, aut alteri prædicto deputatus; vel datus Tutor, legitimus, dativus, aut Teſtamentarius: vel Curator, Gubernator, Educator, ſeu Adminiſtrator relictus à quacumque perſona, etiàm Patre, Auo, vel alio habente ipſum Infantem, & alium prædictum ſub ſua poteſtate; aut etiam a quocũque alio, tam ratione cuiuſcumque hæreditatis, Fideicommiſſi, & Legati relicti, quàm ratione Donationis inter vivos, vel cauſa mortis, aut etiam cujuslibet alterius diſpoſitionis, etiam omnium ſuorum Bonorum cujuslibet magnæ, & inexcogitabilis quantitatis, qualitatis, & valoris, etiam prædicta noſtra Succeſſione majoris, pro tempre factæ in favorem prædicti Infantis, pupilli, uel minoris, aut alterius Adminiſtratore indigentis; & ſitorum in Urbe, & eius diſtrictu, *ſeu in qualibet Prouincia alia, Regno, & loco, etiam extrà Ditionem, & Statum noſtrum Eccleſiaſticum* conſiſtente; & etiam prædictus, & quilibet alius Tutor, & Curator, Gubernator, & Educator, ſeu Adminiſtrator fuiſſet deputatus, approbatus, habilitatus, & confirmatus à quocumque Superiore, ac etiam à Romanis Pontifici-

5. xtero Tutelam, Cu- atelam, vel Admini- ſtrationem prohibet.

cibus Prædeceſſoribus, & Succeſſoribus noſtris; quocumque modo, & forma, etiam Motu, Scientia, deliberatione, ac Poteſtatis plenitudine paribus, etiam *Conſiſtorialitèr*, & per viam Legis, Conſtitutionis Apoſtolicæ, ac aliàs quomodocumque, & ex quacumque cauſa etiam in corpore Juris, clauſa, & quantumlibet vrgente, ac legitima; Piaque, & publica, ac aliàs neceſſariò exprimenda. Item similitèr prohibemus, & interdicimus *omnibus*, *& ſingulis fœminis*, tam nunc natis, quàm pro tempore naſcituris: tam ex præfata noſtra Familia, *& Domo Barberina*, quàm ex quacumque alia Familia, etiamſi eſſent Mater, Auia, vel alia, aſcendens, ſeu transverſalis cujuſuis qualitatis, Status, gradus, conditionis, & dignitatis, etiam ſpeciali expreſſione dignæ; ſeu aliàs Conſanguinea, vel Affinis eidem Infanti, pupillo, minori, vel alteri in præfatarum noſtram Succeſſionem ſuccedenti, & Tutore, ſeu Curatore indigenti, ac etiam ſi quælibet præfatum fœminarum, tam de Jure, quàm Priuilegio, ſeu Reſcripto, aut Gratia Apoſtolica, ſivè generali, ſivè particulari, etiam Motu, Scientia, deliberatione, & poteſtate paribus, aut aliàs qnomodolibet conceſſa, ſeu emanata, eſſent effectæ habiles, vel effecta habilis, ad obtinendam, & exercendam quamlibet Tutelam, Curam, ſeu Adminiſtrationem, tam in genere, quàm ſpecialitèr de adminiſtratione iſtorum Bonorum, & Jurium Succeſſionis per Nos ordinatæ; Caſu quo in ea, ut præmittitur, ſucceſſerit Infans, pupillus, minor, vel alter Tutore, ſeu Curatore vt ſuprà indigens; Volumus enim huiuſmodi adminiſtrationem *nullo caſu fieri poſſe per fœminam*, quantumlibet qualificatam, & privilegiatam, etiam conſanguineam, & attinentem Infanti, pupillo, minori, ſeu alteri Adminiſtratore indigenti, nec per ipſarum fœminarum fratres, & Conſanguineos, & attinentes; Liceat tamèm caſu, quo non extaret de præfata noſtra familia aliquis capax prædictæ Adminiſtrationis, Avo, vel Patri habenti in Patria poteſtate ipſum Infantem, pupillum, minorem, ſeu alium in prædicta Succeſſione ſucceſſurum, Tutore, vel Curatore indigentem, etiam in

6. *Et fœminis etiàm de Domo Barberina.*

7\. *Permiſſa tantùm Patris delegatione, cuſtodia filii, Matri.*

ultima voluntate relinquere Matri, vel Aviæ educationem, Cuſtodiam. gubernium ipſius Infantis, pupilli, ſeù aliàs Tutore, vel Curatore indigentis. Non tamèn vnquam liceat Iudici cuicumque, prædictas Matrem, ſeu Aviam, in Tutrices, ſeù Curatrices illius, ſeu illorum eligere, & deputare; Pariterque Bonorum, & Jurium Succeſſionis per Nos ordinatæ, Adminiſtrationem prohibemus, & interdicimus Omnibus, & ſingulis, tàm Laicis, quàm Clericis (*non tamèn in Sacris conſtitutis*) qui nunc, & pro tempore ſint, vel fuerint proximi, & immediatè vocati ad prædictam Succeſſionem per Nos ordinatam, poſt Infantem, pupillum, minorem, vel alterum, Tutore, vel Curatore indigentem; Qui in bonis prædictæ Succeſſionis noſtræ pro tempore ſucceſſerit, ſeu poſt Infantes, pupillos, minores, vel alios, Tutore, vèl Curatore indigentes, *qui*, ☞ *niſi noſtra huiuſmodi diſpoſitio obſtaret ſub eiuſdem immediatè ad Succeſſionem vocati Tutela, ſeu Cura remanerent. Exceptis tamèn Dilectis Filijs noſtris*, Antonio Tituli S. Honuphrij, eiuſdem Sancti Honuphrij, Noſtro ſecundùm carnem Fratre germano, ac Franciſco S. Agathæ Diacono, Noſtro, ſecundùm carnem ex Dilecto Filio Nobili Viro Carolo, Noſtro, paritèr ſecundùm carnem Fratre germano, Nepote Barbèrino, Cardinalibus nuncupatis, & Dilecto Filio Nobili Adoleſcente Antonio Barberino, Noſtro etiam ex eodem Carolo Fratre, Nepote Fratre milite Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani, nunc viuentibus, & de eadem Familia, & Domo Barberina exiſtentibus; Qui, & eorum quilibet poterit adminiſtrare bona quæcumque præfatæ Succeſſionis noſtræ; etiam ſi eſſent, & quilibet eorum eſſet proximus, & immediatè vocatus ad præfatam Succeſſionem; poſt præfatum, ſeu præfatos Infantes, pupillos, minores, vel alios, Tutore, ſeu Curatore indigentes; Nos enim eiſdem Cardinalibus, ac Antonio nunc viventibus prædictis, & *ad Succeſſionem habilitatis*, & cuilibet eorum; ac etiam alijs Clericis in Sacris conſtitutis, qui pro tempore erunt capaces huiuſmodi Adminiſtrationis Bonorum noſtræ Succeſſionis prædictæ; concedimus faculta-

8\. *Et probibet paritèr Tutelam &c. proximè Vocatis.*

9\. *Excipit à prohibitione illa Card. Antonium, nuncupatum S. Honuphrij, & Card. Franciſcum; nec non etiam alterum Antonium, Equitem Hieroſolym. qui deindè etiam fuit Cardinalis.*

tem exercendi præfatam Adminiſtrationem etiam quoad Juriſdictionalia, & temporalia, & pro exercendis quomodolibet illorum Juriſdictionibus, ſe immiſcendi in quibuſcumque Cauſis; ſeu negocijs Criminalibus, abſque alio cenſurarum, & pœnarum, ac etiam irregularitatis incurſu; dummodò per ſe ipſos non ſubſcribant Sententias Sanguinis. Cæterùm, ſi perpetuis futuris temporibus caſus euenerit, quod Infans, pupillus, minor, vel alter, Tutore, ſeu Curatore indigens, in bonis prædictæ noſtræ Succeſſionis ſuccedat tompore, *quo non extet* ☞ *alius Maſculus ex dicta familia noſtra Barberina*, quàm ille, qui ſit proximus immediatè vocatus ad præfatam noſtram Succeſſionem poſt eundem Infantem, pupillum, minorem ſeu alterum, ut præfertur, Tutore, vel Curatore indigentem; aut etiam *extantibus aliis Maſculis*, qui tamen, vt præfertur, eſſent remanſuri ſub tutela, ſeu cura eiuſdem, poſt ipſos Maſculos immediatè vocati; tunc, & totiès, quotiès aliquis ex prædictis caſibus euenerit, volumus, maſculum de familia Barberina proximum, & immediatè ut ſupra ad prædictam noſtram Succeſſionem vocatum, poſſe, & debere adminiſtrare quæcumque bona præfatę Succeſſionis. Sed Educatio, Cuſtodia, & Gubernium ipſius, ſeu ipſorum Infantium, pupillorum, ſeu aliorum, Tutore, vel Curatore indigentium, pupillorum, fieri debeat apud aliquem ex prædictis Cardinalibus, ſeu eundem Antonium noſtrum Nepotem, etiamſi eſſent immediatè Succeſſuri; *& ipſis deficientibus, penes eius Matrem, vel Auiam*, ſi aliqua illarum, vt præfertur, à Patre, vel Avo fuerit relicta in educatricem, Cuſtodem, ſeu Gubernatricem; aliàs apud extraneum, qui fuerit illi, ſeu illis deputatus, vel relictus à Patre, vel Avo prædictis, in Educatorem, Cuſtodem, & Gubernatorem; dummodò non ſit ex perſonis per Nos prohibitis; & in ejus defectum, apud illum, qui fuerit illi, ſeu illis deputatus Educator, Cuſtos, & Gubernator à Judice competente, qui debeat deputare Virum probum, & idoneum; *non tamen ex prædictis ut ſupra per Nos prohibitis*; Qui deputatus præſtet idoneam cautionem, aliaque fa-

10. *Non extantibus aliis Maſculis, amittis ad eam adminiſtrationem, proximè Vocatos.*

11. *Relicta cuſtodia pupilli alicui ex dd. Card., ſin minus, matri; aut etiam Extraneo, à Judice, deputato.*

 ciat

ciat, ad quæ de Iure, & ex forma Statutorum Urbis tenetur. Idque obſeruetur toties quoties caſus euenerit. Ne autèm hoc caſu, quando ſcilicet Tutela, Educatio, & Gubernium perſonæ, aut perſonarum apud unum, adminiſtratio autem Bonorum predictorum apud alium extabit: *alimenta debita* prædicto Infanti, pupillo, minori, vel alteri, Tutore, vel Curatore indigenti, qui in dicta Succeſſione noſtra pro tempore ſucceſſerit, *quoquomodo unquam minuantur, vel retardentur*; Volumus, & mandamus, quod per quemcumque bonorum prędictę Succeſſionis Adminiſtratorem, quolibet anno eidem Infanti, pupillo, minori, vel alteri, vt præfertur, Tutore, ſeu Curatore indigenti, qui in dicta Succeſſione noſtra perpetuis futuris temporibus ſucceſſerit *ſolvatur, & ſolvi debeat pro ſuis alimentis de bimeſtri in bimeſtre anticipatè* rata proportionata infraſcriptæ ſummę annuæ, quam pro alimentis annuis eidem Infanti, pupillo minori, ſeu alteri, Tutore, vel Curatore indigenti aſſignamus; ultrà habitationem, quæ ei competat in Palatijs in dicta noſtra Succeſſione comprehenſis, ac etiam vltrà vſum paramentorum, ornamentorum, ac quorumcumque utenſilium in dicta Succeſſione tum exiſtentium, & equorum, & curruum, ac quorumcumque aliorum etiam Vaſorum, etiam auri, & argenti: pro qualitate tamèn, ætate, & conditione perſonę, juxtà boni Viri arbitrium; ſcilicèt ſc. 14. mill. annuę m. quolibet anno durante pupillari ætate; et poſt pupillarem ętatem, *uſque ad ætatem viginti annorum completorum, ſcuta* 18. *mill. pro ipſo* Succedente. Pro aliis verò ſuis Fratribus, vel Sororibus, vſque ad eorum ætatem pupillarem perfectam, *ſimiliter de bimeſtri in bimeſtre anticipatè, ut ſuprà, ſcuta tria millia annua pro quolibet fratre, & poſt illam ætatem pupillarem, ſcuta quatuor millia quolibet anno*; Sororibus autèm, durante earum pupillari ætate, ſcuta tria millia monetæ; & poſt ipſam ætatem pupillarem pro qualibet ipſarum Sororum, ſingulo quoquo anno, ſcuta 3500. uſque dum nubant, ſeu Monaſterium Monialium cum receptione habitus illarum ingrediantur, & Profeſſionem Regularem emittant. Durante verò, ac etiàm expleta ætate pupillari, & mi-

12. *Datis eidem pupillo alimentis, & inſuper habitatione, aliiſque.*

13. *Pro quibus, ultrà Domum, paramenta, Currus, & alia, aſſignantur ſc. 14. mill. annua, durante pupillari ætate.*

14. *Poſt pupillarem, uſque ad maioritatem ſc. 18. mill. annua.*

15. *Pro aliis fratribus, & ſororibus, durante pupillari ætate, ſc. 3. m. pro qualibet perſona.*

16. *Poſt ætatem pupillarē, ſc. 4. m. pro qualibet fratre.*

Digitized by Google

minori, ipſę Sorores, etiamſi poſſent per ſe ipſas adminiſtrare, teneantur tamen ſtare Tutori, et Curatori, ſivè Adminiſtratori, ipſis etiam poſt earum pupillarem, et minorem ętatem per Patrem, vel Avum dando, et in iſtorum defectu, ſub Tutela, Cura, ſeu Adminiſtratione proximiorum, *qui ut ſuprà habilitati fuerint* ad hujuſmodi bonorum adminiſtrationem cujus Tutoris, Curatoris, ſeù Adminiſtratoris arbitrio reſeruamus omnimodam Curam, Adminiſtrationem, & diſpoſitionem expenſarum, ac omnium neceſſariorum providendi; ac ſub ejuſdem regimine, & moderamine ità ſubjaceant, ac ſi non eſſent ultrà pupillarem, ſeù minorem ætatem. Quam alimentorum quantitatem, ità demùm Fratribus, & Sororibus illius, qui in Succeſſione per Nos ordinata ſucceſſerit; Volumus eſſe dandam, ut ſi, deducto ære alieno, & facta prædicta alimentorum aſſignatione, non remanerent eidem Succeſſori, ad minus duæ ex tribus partibus fructuum, reddituum, proventuum, & emolumentorum quorumcumque, caſu quo Succeſſor, & ejus Fratres, & Sorores inſimùl non eſſent ultrà quatuor perſonas incluſivè; tunc alimenta Fratrum, & Sororum præfatarum debeant reduci pro rata, ità ut duæ tertiæ partes integræ ad minus Succeſſori prædicto remaneant. Si verò eſſent quinque perſonæ, vel ultrà, tunc alimenta debeant reduci pro rata, ut ſaltem medietas eidem Succeſſori integrè remaneat omnium fructuum, reddituum, & proventuum prædictorum. Et ſi fratres prædicti, vel eorum alter, haberent, vel haberet aliundè in bonis, ſivè Laicalibus, ſivè Eccleſiaſticis, non tamen de annuis, ſeù menſtruis proviſionibus eis pro tempore ratione munerum quorumcumque, quomodocumque aſſignandis, tunc teneantur, & teneatur conferre illorum fructus, itaùt tanto minùs recipiant, & recipiat de alimentis prædictis. Idque volumus obſervari, præterquam in caſu quo præfati Fratres, & Frater, eſſent, vel eſſet Cardinalitia, vel Prælatitia dignitate præditi, vel præditus. Similitèr volumus prædictas ſummas pro alimentis, tàm Succeſſori Infanti, Pupillo, minori, ſeù alias Tutore, vel Curatore indigenti, quàm ejus Fratribus, & Sororibus ut ſupra aſſignatas in illorum, ſeù illarum pupillari,

17\.
Et ſc.3500. pro qualibet ſorore.

18\.
Limitat hujuſmodi alimenta in caſu, quo alendi eſſent quatuor.

19\.
Et tunc, tertiæ partes remaneant pro hęrede.

20\.
Et ſi plures, medietas redituum.

21\.
Alendi teneantur conferre proprios redditus.

Digitized by Google

minori ætate, vel reſpectivè indigentia, conſtitutis, eſſe impendendas; juxtà neceſſitatem, ac cum ratione, & moderamine debitis, non tamen inutiliter. Propetereaque injungimus cuicumque Tutori, Curatori, & Adminiſtratori; *Tam onus inveſtiendi & omne, quod deductis impenſis neceſſariis, pro tempore ſupererit, pro utilitate, Infantis, Pupilli, minoris, ſeù aliter Tutore, vel Curatore indigentis*. Quæ omnia Inveſtimenta, ut ſupra facienda, eo ipſo intelligantur, & ſint ſubjecta omnibus, & quibuſcumque vinculis, cæteriſque diſpoſitis, & ordinatis in præfata noſtra *Donatione irrevocabili ſub titulo Succeſſionis* contentis, & non alias, aliter, nec alio modo; *Quam onus faciendi omnia ſolemnia, cautionem idoneam dandi, & rationem adminiſtrationis reddendi, & utilia tandem quæcumque faciendi, & inutilia prætermittendi*; ad quæ, proùt de jure tenetur. Itaùt in eventum non adimplementi, ſolvat, reſtituat, ſuppleatque defectus in Tutela, Cura, vel Adminiſtratione commiſſos. Ut autem impenſæ pro omnibus prædictis eo utilius fiant; Volumus, quod etiam ipſorum Matres, & Aviæ poſſint inſtare, & intervenire in faciendis expenſis pro illorum, & cujuslibet eorum ſuſtentatione, *ac etiam inſtare pro computorum quorumcumque redditione, & reviſione*, & in illis intereſſe. Non intendimus autem, quod Filii, & Nepotes illius, qui ſucceſſerit in ſucceſſione per Nos ordinata, poſſint prætendere ſibi fuiſſe jus aliquod quæſitum ex hujuſmodi noſtra alimentorum aſſignatione, nec alias quomodolibet, dùm Pater, vel Avus eorum vixerit, & Bona, ac jura prædictæ Succeſſionis, per Nos ordinatæ tenuerit, & poſſederit; Tunc enim volumus, quod teneantur recipere alimenta apud Patrem, vel Avum, & horum cuilibet beneviſa, donec quilibet eorum vixerit, & prædictam Succeſſionem obtinuerit. Et quoniam plura circà ætate minores, tàm in Litteris præfatæ Succeſſionis per Nos ordinatæ, quam in præſentibus diſpoſuimus, declaramus illos eſſe, & cenſeri debere ætate minores, qui ætatem viginti annorum completorum non habuerint. Propterea volumus præfatam adminiſtrationem eo ipſo ceſſare ſtatim atque minor ad ætatem viginti annorum completorum pervenerit

22. *Inveſtiri debent, quæ ſuperſunt, erogatis alimentis.*

23. *Matres, & Aviæ Vocatorum poſſint intervenire in faciendis expenſis.*

24. *Alimenta huiuſmodi non poſſint peti vivente Patre, vel Avo.*

25. *Sed recipi debeant apud eos.*

26. *Minoritas ceſſat anno vigeſimo completo.*

abſque

Digitized by Google

abſque alia declaratione, Sententia, vel Decreto Judicis, niſi ex alio defectu de jure indigeret Tutore, vel Curatore. Inſuper, cum in prædictis Litteris noſtræ Succeſſionis prædicta ordinaverimus, quod perſonæ, quibus prædicta Succeſſio noſtra aperta eſſet ad ſuccedendum cum effectu in ipſa Succeſſione noſtra ſolum ſuccederent in tertia parte bonorum ejuſdem Succeſſionis, quando tempore purificandæ Succeſſionis eſſent ætatis quinquaginta annorum, & carerent Filiis, & Uxoribus, & declararent tunc nolle Uxorem ducere, ut minùs prædictæ Succeſſioni per Nos ordinatæ præjudicetur; Volumus, & mandamus, quod ipſi non poſſint ſuccedere in prędicta tertia parte bonorum prædictæ Succeſſionis, ſed ſolùm in fructibus, ſed & proventibus præfatæ tertiæ partis bonorum ejuſdem Succeſſionis, deducto tamen ære alieno, ſi quod eidem Succeſſioni per Nos ordinatæ tunc incumberet, ſed quando fructus prædictæ tertiæ partis Bonorum ejuſdem Succeſſionis excederent ſummam annuam ſcut. 12. mill. monetæ; tunc prohibemus ipſos non poſſe ſuccedere, niſi in prædicta ſumma ſcut. 12. mill. monetæ annua, cui ſummæ annuæ jubemus quemlibet ipſorum debere ſtare quietum, & contentum. Et quià in Succeſſione prędicta per Nos, ut præfertur, ordinata, dedimus cuilibet, qui in ea ſucceſſerit, facultatem *nominandi alium, qualificatum tamen juxtà earumdem Litterarum noſtrarum tenorem, & diſpoſitionem ſibi in eadem Succeſſione Succeſſorum; & in defectum nominationis hujuſmodi, vocuvimus in ea Proximiorem*; proùt in eiſdem prædictis noſtris Litteris pleniùs continetur; futuris autem temporibus contingere poſſet, quod qui, ſivè nominatus, ſivè aliàs abſque nominatione ſucceſſiſſet, eſſet Infans, vel pupillus, ſeu aliàs Tutore, ſeù Curatore indigens; *& tali caſu oriri poſſet controverſia*, quatenùs Pupillus, vel alter Tutore, ſeù Curatore indigens, ſeù ipſe Tutor, vel Curator prætenderent, & quilibet ipſorum prætenderet nominare Succeſſorem; An competeret in tali ætate, ſeù indigentia conſtituto, hujuſmodi nominatio; Et quatenùs competeret, an nominatio eſſet facienda per Infantem, Pupillum, vel alium præfatum, ſinè, vel cum auctoritate Tutoris, vel Curato-

27.
Vocati, qui poſt quinquageſimum annum, uxorē non habuerint, aſſequantur tertiam partem fructuum, non bonorum.

28.
Quæ non excedat ſcut. 12. mill. annua.

Digitized by Google

toris, ſeù an potiùs per ſolum Tutorem, vel Curatorem; Nos ad occurrendum, quantum fieri poſſit, controverſiis; harum tenore quibuſcumque, tàm Infanti, & Pupillo, & cuicumque alteri, Tutore, ſeù Curatore indigenti, quoad uſque in Infantili, vel Pupillari ætate, ſeù indigentiæ prædictæ ſtatu extiterit, *quàm Tutori, vel Curatori probibemus, & expreſsè interdicimus nominare in dicta Succeſſione Succeſſorem*, qui ſuccedere debeat poſt ipſius Infantis, Pupilli, vel Tutore, ſeù Curatore indigentis, obitum, ſub pœna nullitatis ipſius nominationis, & omnium, per eos, & eorum quemlibet, ſuper hoc agendorum: tàm videlicèt = *Si ſinè*, quàm *ſi cum auctoritate* cujuſcumque Tutoris, aut Curatoris, ſeù reſpectivè Decreto Judicis cujuſcumque, aut alio quovis modo, *etiàm de perſona, aliàs juxtà mentem, & diſpoſitionem noſtram qualificata, nominatio fieret*. Concedimus tamen illi, qui in Succeſſione præfata ſucceſſerit, & facultatem nominandi ſibi Succeſſorem habebit, facultatem nominandi, & ſubſtituendi Infanti, vel Pupillo, vel alteri, quem, ut præfertur, Tutore, vel Curatore indigere poſſe contingat, alium, vel alios, juxtà prædictarum Litterarum noſtrarum tenorem qualificatum, ſeu qualificatos, qui vigore nominationis, & Subſtitutionis hujuſmodi ſuccedere debeat, vel debeant ORDINE SUCCESSIVO: unus ſcilicet poſt alium, ſemper, & quandocumque caſus eveniat, quo præfatus Infans, vel Pupillus in Infantili, ſeù Pupillari ætate, vel reſpectivè alius Tutore, vel Curatore indigens, in eodem indigentiæ ſtatu decedat; Volumus enim, quod taliter nominatus, & Subſtitutus, vel nominati, & Subſtituti in præfata noſtra Succeſſione poſt Infantem, vel Pupillum, qui in Infantili, vel Pupillari ætate, ſeù reſpectivè poſt alium, qui in prædicta indigentia Tutoris, vel Curatoris decedat, ſuccedat, & ſuccedant, ſuccedereque debeat, & debeant, ac ſi ab eodem Infante, Pupillo, vel alio, qui ut ſupra Tutore, vel Curatore indigeret, & facultatem nominandi juxtà tenorem præfatarum noſtrarum Litterarum haberet, fuiſſet, vel fuiſſent legitimè, & validè, ſervatiſque omnibus, & ſingulis Juris, ac Statutorum Urbis ſolemnitatibus quomodolibet

29. *Probibet pupillo ejuſque Tutori nominationem ſucceſſoris.*

Digitized by Google

bet

bet requiſitis nominatus, vel nominati. Nominatio autem, & Subſtitutio præfata ſtatim atque Infans, ſeù Pupillus, Pupillarem ætatem excesserit, ſeù alius Tutore, vel Curatore indigens illis reſpectivè non indiguerit, *evaneſcat eo ipſo*; & evanuiſſe intelligatur, nullumque prorsùs effectum ſortiri poſſit, vel debeat, *etiàm quod is poſtea, qui ſucceſſerit, abſque nominatione decedat*. Ne autem ſuper eadem Succeſſione per Nos ordinata, in diverſis Tribunalibus lites ullo unquam tempore agi contingat; & ut controverſiæ, & Lites, tàm ſuper interpretatione Litterarum, & Ordinationum noſtrarum, illarumque executione, quàm ſuper bonis, & Juribus quibuſcumque etiam Juriſdictionalibus ejuſdem Succeſſionis, eorumque redditibus, & aliis quibuſcunque, à perſonis confidentibus videantur, & quanto citiùs terminari poſſint; Volumus, quod prædicti Antonius, & Franciſcus Cardinales, & Antonius ex Familia noſtra Barberina, ut præfertur, exiſtentes, donec vixerint, vel duo, aut alter eorum, & poſt omnium illorum obitum, perpetuis futuris temporibus duæ, vel tres perſonæ Eccleſiaſticæ ex præfata noſtra Familia Barberina natæ: & in defectum perſonarum Eccleſiaſticarum, totidem perſonæ Laicales, ex præfata noſtra Familia pariter ortæ, Intereſſe non habentes, quæ tamen non ſint minoris ætatis decem, & octo annorum, nec ſint proximæ Succeſſioni prædictæ; & in illorum defectum, per eum, qui in hujuſmodi Succeſſione noſtra pro tempore ſucceſſerit, eligendæ; & quatenùs Succeſſor prædictus, in aliqua ex Litibus haberet Intereſſe, vel eſſet in Cauſa; tunc in defectum perſonarum de familia prædicta, ut ſupra habilium; *liceat eidem, qui in Succeſſione noſtra ſucceſſerit, nominare al quem ex S.R.E. Cardinalibus*, vel ex Judicibus Ordinariis Urbis, ſeù Romanæ Curiæ; non tamen Rotæ, nec Cameræ, nec alicujus Congregationis. Quam Rotæ, Cameræ, & Congregationis excluſionem facimus, *ut finis Litibus citiùs imponatur inquietudinibuſque, & diſſenſionibus, ac diſpendiis eò magis occurratur*. Proptereaque volumus poſſe nominari Auditorem Rotæ, ac Clericum Cameræ, & Prælatum cujuſcumque Congregationis, *uti tamen ſingularem perſonam tantum*, & quatenùs ipſe de-

30. *Eamque nominandi facultatem pro pupillo, concedit poſſeſſori.*

31. *Et nominatio expiret cum pupillari ætate.*

32. *Pro deciſione cotroverſiarum, deputat Card. familiæ, aut etiàm Laicos, qui non habeant intereſſe.*

33. *Et in eorum defectum, aliquis ex Cardinalibus, vel Judicibus Ordinariis eligi debeat per poſſeſſorem.*

34. *Excluſis Rotæ Auditoribus, Cameræ Clericis, aut Congregationum Prælatis.*

Digitized by Google

deputationem ſingularem acceptet, & abſque Voto Rotæ, Cameræ, vel Congregationis reſpectivè procedat, & judicet. Non obſtante quocumque ſtylo, uſu,& obſervantia cujuſcumque Tribunalis, & Congregationis, ac etiam non obſtante quocumque juramento forſan ab eis quomodolibet præſtito. Quibus expreſsè derogamus, & à quo ad præfatum effectum tantum reſpectivè quemlibet, *uti ſingularem perſonam*, pro tempore nominandum, & deputandum abſolvimus; Qui nominandi, & deputandi, poſſint, & debeant in Romana Curia *privativè quoad omnes alios Judices Urbis*, etiam Rotæ Auditores, & Clericos, Præſidentes, & Auditorem Cameræ Apoſtolicæ,ac Urbis Vicarium; *Omnes, & quaſcumque Controverſias, Lites, & Cauſas, quandocumque perpetuis futuris temporibus movendas, tam activè, quàm paſſivè ſuper præfata Succeſſione* per Nos ordinata, ejuſque interpretatione,ac ſuper ejus bonis,& Juribus etiam Juriſdictionalibus quibuſcumque à quocumq; etiam Collegio, vel perſona quantumvis privilegiata motas, & movendas, excitandas, & introducendas; Summariè, ſimpliciter, & de plano, ac Manu Regia, & omni, & quacumque oppoſitione, recurſu, reviſione, nullitate, & in integrum reſtitutione, omnibuſque aliis remediis ordinariis, & extraordinariis penitùs remotis, cognoſcere, decidere, ac terminare juxtà litteralem noſtrarum diſpoſitionum intellectum, Sententiaſque, & Decreta exequi: & plenariæ, ac debitæ executioni demandare, & demandari facere, & alibi motas, & commiſſas, ac introductas reaſſumere; Nos enim prædictis Judicibus eligendis, ac etiam Ordinariis ut ſupra reſpectivè nominandis, *omnem facultatem deſuper quomodolibet neceſſariam, & opportunam*, etiam per Edictum publicum conſtito &c., & quod Judices, ut præfertur, Deputati, & deputandi, ſeù nominandi, qui ſint Perſonæ Eccleſiaſticæ etiam ſub Sententiis, cenſuris, & pœnis, etiam pecuniariis; Quo verò ad Laicos, & ſub pœnis, etiam pecuniariis ſibi beneviſis, procedendi contrà quoſcumque, etiam Pupillos, minores, etiam Perſonas Eccleſiaſticas, ac quoſcumque alios quomodolibet exemptos, & privilegiatos, & Sancti Joannis Hieroſolymitani, omneſque alios

cu-

Digitized by Google

cujuſcumque qualitatis, Dignitatis, ſtatus, gradus, & conditionis, tàm Laicalis, quàm Eccleſiaſticæ; etiam Cardinalatus pro tempore exiſten., ac facultatem idaſſumendi Cauſas, Lites, & controverſias alibi commiſſas, motas, & introductas, ac inhibendi impartimur; damuſque, & concedimus, illiſque injungimus, ut in omnibus, & ſingulis Controverſiis, Litibus, & Cauſis ſuper prædicta Succeſſione exequenda, & interpretanda, ejuſque bonis, & Juribus quibuſcumque, ſemper, *& perpetuò in caſibus dubiis, ubi ſcilicet noſtra diſpoſitio non adſit, ſivè de ejus intellectu dubietas aliqua haberi poſſit, debeant declarare, interpretari, & diffinire ad favorem præfatæ Succeſſionis*, & ſuccedentium in ea, *ac pro conſervatione præfatæ Familiæ*, ac deſcendentium ex ea; ac pro conſervatione, & augumento ejus bonorum, & Jurium quorumcumque: nihil aliud attendendo, tàm ex Juris diſpoſitione, quàm alio quoquo modo. Præſentes quoque Litteras, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo quod quicumque in præmiſſis Intereſſe habentes, ſeù habere prætendentes, vocati, & auditi non fuerint, aut præmiſſis non conſenſerint, ſeù Cauſæ propter quas præſentes emanarint, adductæ, verificatę, ſeù alias juſtificatę non fuerint, aut alia quavis de cauſa, quantumvis legitima, Juridica, & privilegiata, aut ex quovis alio capite etiam ęnormis, & enormiſſimę lęſionis, de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeù nullitatis vitio, aut intentionis noſtrę, vel quopiam alio defectu, notari, impugnari, invalidari, in jus, vel controverſiam revocari, ad terminos juris reduci, ſeù adversùs illas reſtitutionem in integrum, aperitionem Oris, *aut quodcumque aliud Juris, vel Facti, Gratiæ, vel Juſtitiæ remedium impetrari, ſeu eo impetrato quempiam uti, ſeu ſe juvare in judicio, vel extrà, nullatenùs poſſit*; Sed eas ſemper validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac omnibus, & ſingulis, quos concernunt, in omnibus, & per omnia ſuffragari, ſicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque &c. Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Nuncios, & alios quoſcumque quavis authoritate fungentes; Sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & intèrpretandi fa-

35. *Declaratio, interpretatio diſpoſitionis Urbani, ſempèr fieri debeat ad favorē, & pro conſervatione Familiæ de Barberinis, & maſculorum deſcenden. ex ea.*

36. *Sublata facultate alitèr judicandi, & interpretandi.*

37. *Cum decreto irritante, munito ampliſſimis clauſulis, &c.*

Digitized by Google

facultate, & authoritate, judicari, & diffiniri debere, ac irritum &c. attentari; Non obſtan. *fel. record. Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris Noſtri, de vna, & in Concilio Generali &c. de duabus dietis*; ac quatenus opus foret, noſtra *de Jure quæſito non tollendo*, aliiſque Cancellariæ Apoſtolicæ regulis, ac quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Legibus, & Statutis etiam &c. Conſuetudinibus, Privilegiis &c. Apoſtolicis etiam Conſtitutionibus, & quibuſcumque Municipalibus, ſub quibuſcumque ten., & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum &c. Scientia, & Motu Proprio, & poteſtatis plenitudine paribus, & aliàs quomodolibet in contrarium &c. innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, quorum omnium, & ſingulorum tenores &c. ſingulis, & ſi pro illorum &c. derogamus &c. quibuſcumque. *Datum Romæ* apud S. Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris, die 15. Septembris 1627. Pontificatus Noſtri Anno Quinto.

38. *Dat. Die* 15. *Septembris* 1627.

M. A. Maraldus.

ROMÆ, MDCCXLII.
Ex Typographia Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

III.

URBANUS
EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

ROMANUS Pontifex in poteſtatis plenitudine à cœleſti Paſtore conſtitutus, nonnunquàm ea, quæ per ipſum, præſertim ad poſterorum, & deſcendentium ſuorum favorem, & ſtabilitatem, perpetuò ſtatuta ſunt, IUSTIS SUADENTIBUS CAUSIS, alterat, & ampliat, VOLUNTATISQUE SUÆ DECLARATIONE dilucidat, aliaſque deſuper diſponit, & ordinat, proùt locorum, perſonarum, & temporum qualitatibus debitè conſideratis, conſpicit in Domino ſalubritèr expedire. Cum itaque Nos alias in minoribus exiſten. proſpero, & felici ſtatui, & ☞ ſucceſſivi, *ac perpetuæ, nobilis, & antiquiſſimæ noſtræ familiæ de Barberinis*, ex *Patritiis olim Reipublicæ Florentiæ*, *conſervationi proſpicere*, & bona in pèrpetuum in uno tantum capite *noſtræ agnationis*, in infinitum, ſervato certo ordine, & cum facultatibus tunc expreſſis, *in ipſa familia remanere*, & ampliari cupientes *ſub die* 3. *menſis Decembris*, *anni Domini* 1604., *ſeu alio veriori tempore*, *per Acta tunc Rogerii Ferracuti*, nunc dilecti Filii Dominici Fonthiæ, Cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditoris Notarii, bona noſtra uni ex germanis Fratribus noſtris, vel illorum Filiis per Nos nominandis; & *nominatione non facta* infraſcripto Carolo ſi ſupervixiſſet, ſin autem uni ex ejus Filiis, *reſervata Nobis facultate*, & aucto-

1. *Tertium Breue Vrbani VIII.*

2. *Recenſet primò donationem anni* 1604

3. ritate, quatenus Nobis aliqua ex contentis in donatione difficilia, dubia, vel aliàs non obſervanda, & adimplenda viſa eſſent, *abſque aliquo conſenſu in ea comprehenſorum liberè declarandi, vel aliàs ordinandi, rerum tamen ſubſtantia, & ordinatione Succeſſorum non mutatis*; & ſucceſſivè cum à tempore dictæ donationis uſque ad noſtra, Divina faventе Clementia ad Summi Apoſtolatus Apicem aſſumptionem, Alexander, & Nicolaus, noſtri ſecundùm carnem Germani Fratres, tunc in humanis agentes obiiſſent, nullis ex ſe relictis filiis, ſed ſuperſtitibus dumtaxat Dilecto filio noſtro Fratre Antonio, tunc Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci Cappuccinorum nuncupatorum Profeſſore, ad præſens verò Tituli S. Honuphrii nuncupato, ac bon. mem. Carolo Barberino, dum vixit, Duce Montis Rotundi, & ejuſdem S. R. E., ac Triremium, & Claſſis Pontificiæ Capitaneo Generali, quondam Antonii alterius Caroli natis, ac Noſtris etiam ſecundum Carnem Fratribus germanis, tam vigore facultatis Nobis, ut præfertur, reſervatæ, quam aliàs omni alio meliori modo, bona noſtra omnia, & ſingula dicto Carolo Duci, *cum eodem tamèn ordine Succeſſionis*, & ſimili facultate declarandi, vel alitèr ordinandi, exceptiſque bonis ſtabilibus, & prædiis quibuſcumque, tam urbanis, quàm ruſticis in Civitate, & Ducatu Florentiæ, ac illius diſtrictu ſeù Territorio, & juriſdictione exiſtentibus, de quibus dicto Carolo Duci liberam donationem, & abſque vinculis in priori donatione expreſſis fecimus, ac etiam exceptis bonis ex hæreditate quondam Alexandri Barbadori, etiam dùm vixit Patritii Florentini, noſtri Avunculi, provenientibus, quæ Nobis met ipſis reſervavimus, donatione perpetua, & irrevocabili, quæ dicitur fieri *inter vivos*, donaverimus, & conceſſerimus, prout in alio Inſtrumento deſuper ſub die 22. menſis Septembris anni ejuſdem Domini 1623., ſeu alio ſimilitèr veriori tempore, *per Acta* tunc quondàm Chryſantis Roſcioli, nunc autem dicti Dominici, recepto, & ſtipulato pleniùs continetur. Cupientes poſtmodum *prædictæ noſtræ Familiæ*, quæ in eiſdem Antonio

Et facultatem mutandi diſpoſitionem in eo reſervatam.

4. *Refert obitum Alexandri, & Nicolai fratrum ſuorum.*

5. *Recenſet ſecundam donationem factam 22. Septembris 1623.*

Car-

Cardinale S. Honuphrii, & Carolo Duce Fratribus noſtris Germanis, nec non ejuſdem Caroli Ducis Filiis maſculis, legitimis, & naturalibus, ſcilicèt Dilectis Filiis noſtris Franciſco S. Agathæ, & Antonio S. Mariæ in Aquiro ejuſdem S. R. E. Diaconis Cardinalibus, ac Nobili Viro Thaddæo Principe Præneſtino, nec non Dilectis in Chriſto Filiabus, Sororibus Innocentia, & Maria Gratia, Monialibus Ordinis Carmelitarum in Monaſterio S. Mariæ Angelorum nuncupato Florentin., ejuſdem Ordinis expreſsè Profeſſis, noſtris ex dicto Carolo Duce, & dilecta in Chriſto Filia Nobili Muliere Conſtantia Magalotta Conjugibus ſecundum Carnem, Nepotibus, dumtaxat conſiſtebat, manutentioni, ac etiam propagationi uberiùs proſpicere, non ſolùm *vigore facultatum Nobis, ut præfertur, reſervatarum*, ſed omni alio meliori modo, quæ etiam tanquam Princeps poteramus, fierique poterat, & debebat, *ſub Dat.* videlicèt *Kal. Maii, Pontificatus noſtri Anno IV. Motu proprio*, & ex certa Scientia noſtra, & matura deliberatione, ac de Apoſtolicæ Poteſtatis plenitudine, dd. noſtras diſpoſitiones, iam ut præfertur factas, & in illis contenta quæcumque, in parte tamèn, & partibus non contrariis, vel difformib., aut diverſis novæ diſpoſitioni noſtræ ſub dicta die Kal. Maii fact., cui omninò ſtari, & quam obſervari debere voluimus, tam in illis, quæ ſupplebantur ultra contenta in dd. prioribus, quàm etiam in aliis diſpoſitionibus, quæ priorem declarabant, vel ab illis variabant, ſeu illis contraria forſan erant, ſivè in Verbis expreſſis, ſivè etiam virtualiter, & tacitè, ſive etiam in ſubſtantialibus: *Ità tamen, quod in omnibus dubiis capi ſemper deberet illa interpretatio*, per quam pleniùs adimpleretur noſtra voluntas, quæ in hoc potiſſimùm conſiſtebat, *ut bona unita in una tantum Perſona de Agnatione, & Familia noſtra Barberina, familiaque ipſa, ſeù ſaltèm ejus Stipes, & Cippus in ſua nobilitate, & dignitate conſervarentur*. In quem ſenſum, & ad quem effectum, tam primæ, & ſecundæ, quàm noviſſimè diſpoſitiones, & aliæ, ſi quæ fieri contingat, capi, & interpretari ſemper mandavimus, etiamſi ſuppletione, vel cor-

6. *Enarrat diſpoſita in tertia donatione* 1. *Maii* 1627

7. *Mens Vrbani, ut omnia conſerventur in perſona de ſua Agnatione Barberina.*

8. *Et ità omnes ſuas diſpoſitiones interpretari.*

Digitized by Google

rectione indigerent, vel verbis expreſſis violentia fieret, itaut utile per inutile non vitiaretur, & non alias alitèr, nec alio modo, quam declarationem voluimus in qualibet parte dictæ novæ noſtræ diſpoſitionis haberi pro inſerta, & repetita, quatenùs opus eſſet, & ad majorem Cautelam, Apoſtolica authoritate approbavimus, & confirmavimus, iterumque, & denuò non ſolum, quatenus opus eſſet, *vigore facultatum Nobis reſervatorum*, ſed etiam Scientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, & quia ſic Nobis etiam uti Supremo Principi facere, & diſponere placuerat, & placebat, Caſalia, Domos, Cenſus, Loca Montium, & omnia, & ſingula alia bona tàm Mobilia, quàm etiam Aurea, argentea, quàm alterius cuiuſcumque generis per Nos dicto Carolo Duci donata, & in Inventario, ſeù Inventariis in ipſis donationibus contentis deſcripta; Quæ omnia, & ſingula prout in dd. Inventariis deſcripta ſunt, in verbo Romani Pontificis atteſtati fuimus, Nos antè dictam noſtram aſſumptionem, & dum in minoribus conſtituti eſſemus, habuiſſe, & poſſediſſe, ac etiam Rubiani, & Anticuli Corradi in Tiburtin., ſeù Montis Rotundi Caſtra, illiuſque Tenutas, nuncupatas Torre Mancina, Sacco Repozzo. Monte le Pietre, nec non Caſtrum dirutum, ſeù Tenutam Criptæ Marozze, in Sabinen. Diœceſi poſitas, domos contiguas Magnæ Domui in Urbe, ac Palatium in loco dicto à *Capo le Caſe* per prædictum Franciſcum Cardinalem à Dilecto Filio Nobili Viro Alexandro de Comitibus Sfortia Duce Signiæ, alias emptum, & *deindè prædicto Thaddæo Principi illius Germano Fratri, pro ſe, & omnibus alijs in dicta donatione, & diſpoſitione à Nobis vltimo loco facta conprehenſis, ab eodem Franciſco Cardinali donatum*, omniaque, & ſingula alia bona in quibuſcumque rebus conſiſtentia, & quovis nomine nuncupata, etiam de pecunijs à Nobis profectis, & *profecturis*, aut alias quomodolibet quomodocumque, & qualitercumque per eundem Carolum Ducem pro ſe, ac vocatis, & comprehenſis in ſecunda dicta Donatione eatenus empta, & acquiſita, cuiuſcumque generis, & qualitatis etiam Emphyteotica, ac Feudalia, & Eccleſiaſtica, ac juriſ-

9. *Enumerat Caſtra, Tenutas, & bona, eo tempore iam quæſita.*

4

Digitized by Google

riſdictionalia, vel alias quomodolibet qualificata
exiſterent; vel deinceps, tam per eum, quam alios
quoſcumque in noſtra donatione, & diſpoſitione
comprehenſos, durante tamen noſtro Pontificatu,
quoſcumque titulo & jure, *etiàm ex fructibus*, *&*
redditibus, *ac Bonis Eccleſiaſticis EMENDA*, 10.
ET ACQVIRENDA, etiam ſi ad quamcum- *Et durante Pon-*
que notabilem, & notabiliſſimam, inexcogita- *tificatu quæren-*
tam, & inexcogitabilem, ac quamcumque aliam *dà*, *&c.*
quantumvis maximam ſummam, & quantitatem;
etiam ſpeciali nota; & individua mentione dignam,
aſcendant, ac qualitatis, etiam magno Principi, ac
etiam Supremo, convenientis eſſent, ac de illis,
eorumque valore ſpecialis, & expreſſa, vel etiam
individua mentio fieri deberet, cum dd. Caſtrorum
& Terrarum Iuriſdictione, mero, & mixto Imperio,
ac gladii poteſtate, & Territoriis, ac tam dd. Ca-
ſtrorum, & Tenutarum, quam exterorum bonorum
donatorum juribus, membris, pertinentiis, adia-
centiis, uſibus, commoditatibus, ingreſſibus, &
egreſſibus univerſis, & quibuſcumque, ac cum
omni, & toto eo, quod ipſa bona in ſe, intra
ſe, etiam ſub Sole, & centro Terræ uſque ad
verticem Cæli continent, ad illaque, & illorum
quolibet, tam de jure, quàm de vſu, rtylo, & con-
ſuetudine, vel aliàs quomodolibet, quomodocum-
que, & qualitercumque ſpectant, & pertinent, ac
ſpectare, & pertinere poſſent in futurum, exceptis
tamen ſtabilibus in Civitate, & Ducatu Florentiæ
exiſtentibus, ac bonis hæreditariis Alexandri Bar-
badori, ut præfertur, libere donatis, & Nobis re-
ſpective reſervatis *ac reſeruata nobis facultate*, qua-
tenùs ità Nobis viſum fuerit alitèr diſponendi de
bonis quibuſcumque, in totum, vel in parte, ut 11.
præfertur, *acquirendis*, *&* *emendis* irrevocabiliter, *Exceptis bonis*
& ſimili donatione, quæ ſit, & fieri dicitur inter vi- *Florentiæ*, *&*
vos, perpetuo valitura, & nunquam ex quavis cau- *A'exandri Bar-*
ſa revocanda, eiſdem Carolo Duci, illiuſque Fi- *badori.*
liis, & Deſcendentibus, qui tamen fuerint in ulti-
ma noſtra diſpoſitione præfata expreſſo modo qua-
lificati, & per dictum Carolum Ducem, & alios ſuc-
ceſſivè nominati, vel *in defectum nominationis* voca-

 ti,

12. *Repetit facultatem nominandi Succeſſorem, datam Carolo ſuo fratri.*

ti, ordine, modo, & forma in eadem ultima noſtra diſpoſitione contentis, perpetuò donavimus; cum facultate in omnibus, & quibuſcumque bonis donatis ſucceſſorem cum qualitatibus, ac modo, & forma tunc expreſſis nominandi, tam pro dicto Carolo Duce, quam pro omnibus in perpetuum pro tempore nominatis. Declaramus tamen in nominationibus, & ſucceſſionibus hujuſmodi, certa perſonarum ſimilitèr tunc expreſſarum genera nullo modo ſuccedere debere. Inſuper, ne ulla via, vel occaſione, etiam negligentiæ fieri poſſet, vel contingeret aliquod præjudicium ſupradictæ donationi, ordinavimus, ac diſpoſuimus, quod dictus Carolus Dux, omneſque alii, qui nominati forent, vel in quocumque caſu, etiam privationis alterius, vel quomodocumque ſucceſſiſſent in dicta donatione, tenerentur, & obligati eſſent conficere Inventarium, & in eo ſingularitèr deſcribere omnia bona ſtabilia, cum ſpecificatione omnium confinium, & jurum, & omneſque cenſus, Loco Montium, & alia univerſa, quæ ſub eadem donatione comprehenduntur, & in futurum comprehenderentur, nihil penitùs omiſſo *per Acta eiuſdem Dominici Fonthiæ*, aut ejus ſucceſſoris in Officio Notariatus Cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditoris, quod Dominicus ad præſens obtinet, aut alicujus alterius Notarii publici, infrà quatuor menſes, poſtquam veniſſet caſus dictæ Succeſſionis ad effectum illud poſteà exhibendi in *Actis Dominici Fonthiæ*, vel Succeſſorum prædictorum, & tempore confectionis ejuſdem Inventarii citari facere ſaltem *unum ex Agnatis Familiæ de Barberinis*. Qui habito reſpectu ad omnes Agnatos, & ad omnes Lineas in Familia exiſtentes reperiretur eſſe ætate major, & ſi aliquis ex Succeſſoribus in dicta confectione Inventarii non adhiberet publicum Notarium, vel infra dictum tempus quatuor Menſium illud non perficeret, cum dicta ſingulari deſcritione omnium Bonorum, confinium, aliorumque præmiſſorum, prævia citatione contrà unum ex Agnatis de Familia, ut præfertur, exequenda, quod in ſingulis caſibus ſupradictis, elapſo quadrimeſtri à die purificatæ Succeſſionis, omnes, qui contravenirent, ſi eſſent majores quatuordecim Annis, ac nullum

13. *Et obligationem conficiendi ſolemne Inventarium omnium bonorũ, cum pœna contrafacientibus.*

Digitized by Google

lum Inventarium confeciſſent, aliquid de fructibus bonorum ſub Donatione prædicta comprehenſorum accipere non poſſent, donec prædictum Inventarium cum ſolemnitatibus ſupradictis confeciſſent, & perciperent, ad ipſorum fructuum reſtitutionem eos teneri, & obligatos eſſe, ac reſpectivè hac pœna omnes illos, qui nullo modo aliquod Inventarium conficerent, puniri decrevimus; Si verò aliquod Inventarium conficerent, & in aliis ſingulis formam prædictam præcisè in omnibus non obſervarent, tunc eo ipſo, quo in aliqua ex dd. ſolemnitatibus defeciſſent circa obſervantiam ejuſdem formæ, ordinavimus, quod non poſſent percipere, niſi medietatem fructuum, bonorum, & aliorum, quæ ſibi deberentur, ſi præcisè formam ſupradictam in omnibus obſervaſſent, à quibus fructibus integris, vel pro medietate primi Anni, & conſequentium annorum, donèc contumacia duraret, prædictos inobſervantes privavimus, ac privatos eſſe voluimus, & mandavimus, ac alias, prout in Litteris Apoſtolicis deſuper confectis pleniùs continetur. Verum quia ex prædictarum Litterarum tenore Franciſcus, & ſecundo dictus Antonius Cardinales prædicti à nominatione, & ſucceſſione hujuſmodi *excluſi exiſtunt*, volentes deſuper illos, & eorum quemlibet FAUORE PROSEQUI SINGULARI, non ſolùm VIGORE FACULTATUM NOBIS, *vt præfertur*, RESERVATARUM, *ſed paritèr omni alio meliori modo, quo etiam tanquàm Princeps poſſumus, fierique poteſt, & Nobis vti Supremo Principi facere etiam placet; Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, quod in euentum, in quem decederet ab humanis Thaddæus Princeps prædictus, nullis, ſic diſponente Domino*, FILIIS MASCULIS LEGITIMIS, ET NATURALIBUS, *atque ex legitimo Matrimonio natis, & procreatis; & non per ſubſequens Matrimonium, vel aliàs quomodolibet legitimatis, ſeu legitimis effectis poſt ſe ſuperſtitibus, aut poſthumis ſuperuiuentibus*; Franciſcus, ſi tunc temporis vivat, & eo quandocumqne decedente, ſecundo dictus Antonius, Cardinales prædicti, in omnibus, & ſingulis bonis donatis prædictis reſpectivè ſuccedant, cum facultate nominationem modo in

14. *Narrat excluſionem Card. Franciſci, & Card. Antonij.*

15. *Declaratque, illos velle fauore proſequi ſingulari; idque* vigore facultatis ſibi reſervatæ, *& inſuper etiam de plenitudine poteſtatis.*

16. *Eos vocat in caſum, quo Thaddæus decederet ſine filiis maſculis, legitimis, & naturalibus.*

dd.

Digitized by Google

17. *Cum facultate nominandi iuxtà modum in Breui præſcriptum.*

dd. Litteris præſcripto faciendi, eaque non facta, proximiorem in gradu ultimo ex eis decedente, & natu maiorem *Maſculum legitimum*, & *naturalem*, ut præfertur; *eiuſque non exiſtentibus*, *poſthumos*, ſi qui ſupervenerint, in perpetuum ad omnia, & ſingu-

18. *Non facta nominatione, vocat proximiorem in gradu vltimo decedenti, legitimum, & naturalem.*

la bona hujuſmodi vocatos juxtà in dd. Litteris diſpoſita, & expreſſa, concurrere, & ſuccedere debere, eadem Apoſtolica Authoritate, tenore præſentium decernimus, & declaramus, atque obſervari volumus, & mandamus. *Monemus autèm, & hortamur in Domino* FÆMINAS PRO TEMPORE EX NOSTA FAMILIA HUJUSMODI NASCITURAS LEGITIMAS, *& natura-*

19. *Hortatur fæminas legitimas, & naturales, vt ipſæ nubant naturalibus ad hoc vt bonis donatis frui poſſint ſimul cum Naturalibus.*

les, vt deficientibus maſculis legitimis, & naturalibus, ut ſuprà qualificatis, qui ſuccedere poſſint; Matrimonium cum naturalibus legitimatis, præuia, quatenùs opus fuerit ſuper gradu conſanguinitatis probibito, diſpenſatione Apoſtolica adhoc, UT SANGUINE CONIUNCTI bonis prædictis ſimul frui poſſint, *ipſaque bona ad Filios ex vtroque latere eiuſdemFamiliæ deſcendentes deveniant*, CONTRAHERE NON RECVSENT. Nos verò attendentes prædictum Thaddæum Principem, *Inventarium Bonorum in ſupradicta donatione comprehenſorum, per Actu eiuſdem Dominici Fonthiæ* confeciſſe, ac de eius integritate plenam in Dominò fiduciam habentes, Inventarium huiuſmodi, etiamſi partem minimam bonorum in eo deſcribendorum con-

20. *Approbat Inuentarium factum à Thaddæo.*

tineat, & omiſſa fuerit deſcriptio pretioſiorum, ac qualecumque ſit, ac qualitercumque, & quovis modo, ac etiam poſt lapſum temporis ad id præſcripti 3 factum fuerit, ac etiam ſi citationes Agnatorum, aliæque ſolemnitates, vel conditiones in Litteris Donationis huiuſmodi præſcriptæ, vel aliàs de iure, vel conſuetudine, Statutis Vrbis, & Locorum quorumcumque, aut ex præſcripto dd. Litterarum, vel aliàs quomodolibet requiſitæ, obſervatæ, & adimpletæ non fuerint, & nequaquam intervenerint, imò illis contraventum extiterit, poteſtatis plenitudine, & authoritate ſimilibus perpetuò approbamus, & confirmamus, illique perpetuæ, & inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adijcimus; omneſque, & ſingulos, tàm juris, quàm facti, ac ſolemnitatum de ju-

Digitized by Google

re, vſu, conſuetudine, Statutis etiam juratis, vel ex præſcripto Litterarum prædictarum, aut aliàs quomodolibet requiſitarum, & in confectione Inventarij huiuſmodi forſan omiſſarum, & quantumvis ſubſtantiales defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, aut interveniſſe dici, vel cenſeri poſſint, ſupplemus, atque ad cautelam, omnes, & quaſcumque pænas etiam priuationis fructuum Bonorum huiuſmodi, ei gratioſè remittimus, & condonamus; *& nihilominus facultates, Nobis dictis Litteris ſuper declaratione, variatione, additione, interpretatione, mutatione, aliiſque, prout in dictis Litteris reſeruatas, de nouo reſeruamus, ac etiam totiès quotiès opus fuerit, & Nobis videbitur, reſeruatas eſſe paritèr volumus, decernimus, & declaramus.* Decernentes Inuentarium huiuſmodi, ab omnibus quorum intereſt, vel intereſſe poterit quomodolibet in futurum, pro legitimè confecto haberi, cenſeri, & reputari, ac Thaddæo Principi, eiuſque Succeſſoribus prędictis ſuffragari debere in omnibus, & per omnia perindè ac ſi plenè, legitimè, atque intrà tempus ſtatutum confectum fuiſſet, atque in illius confectione omnes conditiones, Agnatorum citationes, & ſolemnitates requiſitæ ad vnguem obſervatæ, & adimpletæ, cæteraque omnia, & ſingula obſervanda, ſervata fuiſſent; ipſumque Thaddæum Principem, ſeù quemcumque alium eius nomine ullo nunquàm tempore ad illud de novo conficiendum teneri, atque obligatum fore, minuſque à quoquam deſuper quomodolibet moleſtari, perturbari, vel inquietari debere. Præſentes quoque Litteras, ac in eis contenta quæcumque, de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeù intentionis noſtræ, vel alio quocumque defectu quantumlibet iuridico, & ſubſtantiali, etiam ex eo, quod quicumque in præmiſſis, vel eorum ſingulis ius, ſeù intereſſe habentes, vel habere prætendentes, cuiuſcumque ætatis etiam infantilis, qualitatis, ſtatus, dignitatis, gradus, conditionis fuerint, vel ſint, ad pręmiſſa omnia, & ſingula concedenda, & diſponenda, atque ad pręſentes noſtras Litteras expediendas, non fuerint auditi, neque vocati, & quilibet eorum non fuerit auditus, neque vocatus, ſeù præmiſſis non conſenſerint, aut cauſę, propter quas

præ-

21. *Iterum facultatē variandi ſibi reſervat.*

22. *Negat poſſe dici de obreptione.*

Digitized by Google

præſens declaratio emanaverit, examinatæ non fuerint, vel quocumqne alio prętextu, ratione, occaſione, vel cauſa quantumlibet legitima, & favorabili, ac publica, impugnari, invalidari, infringi, & annullari, ac irritari ad viam, & juris terminos reduci, ſeù adversùs illam, & ejus Clauſulas, & decreta, Oris aperitionem, derogationem, revocationem, limitationem, ſuſpenſionem, & modificationem, ſeù quamcumquę aliam contrariam, & præiudicialem diſpoſitionem, aut Iuris, vel Facti remedium, etiam ex capite læſionis, etiam enormis, & enormiſſimæ, etiam quantumlibet maioris, impetrari, ac etiam Motu, Scientia, & poteſtate paribus per quoſcumque Succeſſores noſtros Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes, cum quibuſvis Clauſulis etiam derogatoriarum derogatorijs; Quorum etiam tenorem eiſdem præſentibus haberi volumus pro expreſſo, ac cum quibuſvis decretis etiam irritantibus, etiam Conſiſtorialibus, ac etiam per viam Regularum Cancellariæ, Statuti, Legis etiam municipalis, Conſtitutionis Apoſtolicæ, vel alias quomodolibet adversùs præmiſſa, & quodlibet eorum concedendis, & emanandis, acceptari, atque in iudicio, & extrà illud allegari, deduci, produci, aut aliàs illo quomodolibet vti non poſſe; quinimò præfata omnia, & ſingula perpetuò firma, & inconcuſſa, ac valida, & efficacia fore, & eſſe illaque, & quodlibet eorum ſub quibuſcumque alijs contrarijs, & præjudicialibus diſpoſitionibus, etiam Conſiſtorialibus, non compræhendi, neque compræhenſa aliquo modo cenſeri, ſed ſemper, & perpetuò ab illis libera, exempta, & immunia, ac ſub quacumque poſteriori *Dat.* arbitrio, & ad ſolam voluntatem omnium, & quorumcumque etiam Cardinalium prædictorum, vt præfertur, vocatorum, *& aliorum poſt illorum obitum intereſſe habentium, & cuiuslibet eorum* eligenda, conceſſas cenſeri, illiuſque in omnibus, & per omnia ſe juvare *etiam abſque alia præmiſſorum, & cujuslibet eorum, ut præfertur, narratorum, ac cauſarum mentem noſtram moventium juſtificatione, verificatione, ac probatione, Cardinales prædictos, alioſque poſt ipſos, ut præfertur intereſſe habentes, & eorum ſingulos à quocumque onere probandi, & probationem etiam talem, qualem,*

23. Aut derogari poſſe per Pontifices Succeſſores.

4

lem, *& fumum dandi*, *penitùs*, *& omninò liberantes*, *& eximentes*; quinimò contrà omnia præmiſſa, & quodlibet præmiſſorum in judicio, & extrà aliquam probationem, etiam per teſtes, Scripturas, & Inſtrumentum, ſeù Litteras Apoſtolicas quaſcumque, & cujuſcumque tenoris ſint, admitti poſſe, vel debere; Prohibentes, inhibentes, & interdicentes, ſicque, & non aliàs alitèr, nec alio modo per quoſcumque Iudices etiam Commiſſarios Ordinarios, vel Delegatos, & alios quoſcumque cujuſcumque Status, & gradus, ac quacumque dignitate, & authoritate fungentes, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, & alios Cardinales etiam de Latere Legatos, & Cameræ Apoſtolicæ Clericos, vel Præſidentes; *Sublata* eis, & eorum cuilibet quavis alitèr judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, ubique, & in quacumque inſtantia judicari, & definiri debere irritum quoque, & inane, ſi ſecùs ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcientèr, vel ignorantèr contigerit attentari. Quocircà Dilectis filiis modernis, & pro tempore exiſtentibus Vicario, & Gubernatori Almæ Urbis noſtræ, ac Cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ prædictæ Generali Auditori, per Apoſtolica ſcripta Motu pari mandamus, quatenùs ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes Litteras, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, ac quotiès pro parte Franciſci, & ſecundò dicti Antonii Cardinalium, ac Thaddæi Principis prædictorum, ac ſingulorum ipſorum hæredum, & Succeſſorum quorumcumque, vel ab eis, & eorum ſingulis quomodolibet cauſam, vel intereſſe poſt ipſos, ut præfertur, habentium, aut alicujus eorum fuerint requiſiti ſolemnitèr publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant Authoritate noſtra eos, & eorum quemlibet præmiſſis omnibus, & ſingulis pacificè frui, & gaudere; non permittentes eos deſuper per quoſcumque quomodolibet indebitè moleſtari, perturbari, aut inquietari: contradictores quoslibet, & rebelles per Sententias, cenſuras, & pænas Eccleſiaſticas, aliaſque opportunas juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, ac legiti-

24. *Sublata facultate alitèr judicandi.*

25. *Et adiecto Decreto irritanti.*

Digitized by Google

mis ſuper his habendis, ſervatis Proceſſibus, Sententias, Cenſuras, & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc ſi opus fuerit, auxilio Brachii Sęcularis. Non obſtantibus prædiſtis noſtris diſpoſitionibus, & Litteris aliiſque præmiſſis, ac Regula noſtra, *de jure quæſito non tollendo*, aliiſque omnibus, & ſingulis, quæ in eiſdem Litteris voluimus non obſtare. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per Clauſulas generales idem importantes, mentio ſeù quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, eorum omnium, & ſingulorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitùs omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inſerti forent, præſentibus pro ſufficientèr inſertis, & expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialitèr, & expreſsè ad effectum validitatis præſentium, harum ſerie Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus derogamus, contrariis quibuscumque, ſeù quibuslibet communitèr, aut diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per Litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis, voluntatis, monitionis, approbationis, confirmationis, roboris adiectionis, de fectum ſuppletionis remiſſionis, condonationis, reſervationis Decretorum, mandati, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indigitationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

26.
Dat. Die 1. *Novembris* 1632.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo ſecundo, Kal. Novembris, Pontificatus Noſtri Anno X.

E. Dat.

Viſa de Curia.

A. Durandus.

C. Bernier.

Digitized by Google

Urbanus Papa oct

Ad perpetuam Rei Memor

Pastoris æterni, qui pro gregis salute, in
voluit; vices quamquam immeriti gerentes in
fidelium vota divini cultus augmentum, et ipsoru
ad exauditionis gratiam libenter admittimus, eosdemq
devota opera exercenda indulgentiis et peccatorum re
ut per operum suorum exercitium, ad æternæ beatitu
mereantur, cum itaque sicut dilecti filij moderni, pr
Eremitarum Sancti Augustini discalceatorum nuncupa
Lugdunensis, nobis nuper exponi fecerunt, ipsi peculi
Virginem Mariam, illiusque dolores devotionis affectu d
Christi fidelium animarum saluti consulant, aliosque
devotionis studium accendant, in eorum ecclesia dicta
utriusque sexus christi fidelium confraternitatem,
beatæ Mariæ septem dolorum nuncupatæ, ad Dei gloriam
desiderent.

Nos piis dictorum prioris et fratrum desideriis suis
animarumque saluti paterna charitate prospicere cupi
eorumdem nominati nobis super humiliter porrectis inc
unam, utriusque sexus christi fidelium quæ non sit pro
specialis artis sub invocatione præfata, sine alicujus
venerabilis fratris archiepiscopi Lugdunensis ad hoc
authoritate fieri præsentium perpetuo erigimus, insti
dictæ confraternitatis pro tempore existentibus, ut
divina officia in suo oratorio recitare, et pro negotiis
se congregare, ac quæcumque statuta, capitula, ordina
eorum, et dictæ confraternitatis regimine, et directione
licita tamen et honesta, sacrisque canonibus et conc

uerint, saltem contriti, nomen Jesu ore si potuerint, sin minus corde
le invocaverint et plenariam, ac iisdem pro tempore existentibus
stribus, et consororibus, et vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra
munione refectis qui pelere confraternitatis ecclesiam, vel capellam
oratorium, di sabbato dominicam palmarum immediate præcedenti
rimis vesperis usque ad occasum solis diei, sive singulis annis
laverint, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum
yatione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces
rint plenariam, scilicet omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem
misericorditer in domino concedimus. insuper dictis confratribus, et
sororibus, et vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis
siam, vel capellam, seu oratorium, in secundo pentecostes, ac nativita
dem beatæ mariæ virginis festis, ac in albis, et prima adventus domini
ius, ut petitur, visitari, atque ibidem orari quotidie id egerint septem
os, et totidem quadragenas, quoties vero missis, et aliis divinis officii
dicta ecclesia ecclesia, seu capella, vel oratorio, pro tempore celebrari
sari, seu congregationibus publicis, et privatis, ejusdem confraternitatis
interfuerint, et pauperes hospitio susceperint, vel pacem inter inimi
nfuerint, seu componi fecerint, vel procuraverint, necnon, et qui
ea defunctorum, tam confratrum, et consororum, dictæ confraternitati
n aliorum ad sepulturam ecclesiasticam associaverint, et quascumque
ssiones licentia ordinarii faciendas, sanctissimumque eucharistiæ
amentum, tam in processionibus quam cum ad infirmos aut alias
cunque, et quomodocunque pro tempore deferetur comitati fuerint, aut
dito campanæ ad id signo dato semel orationem dominicam, et salutatio
int, aut quinquies orationem et salutationem pro animabus confratrum
sororum peccatorum recitaverint, et peccatorum aliquem ad viam
tis reduxerint, et ignorantes præcepta Dei, et ea quæ sunt ad salutem
ssaria docuerint, et quodcumque pietatis, et charitatis opus exercuerint,
s pro quolibet sanctorum operum, sexaginta dies de injunctis eis, vel
um libet debitis pœnitentiis in forma ecclesiæ consueta relaxamus
entibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem quod
sta confraternitas alicui archiconfraternitati aggregetur, vel quam
ominibus, seu et quomodolibet instituatur priores, et quævis alia
Dat aliæ ... nullatenus quod indulgentias, et remissiones præfatas
vem etiam ex ipso præsentes nullæ sint datum Romæ apud sanctum
...

Visa de Curia.

A. Durandus.

C. Bernier.

Digitized by Google